

FESTUS

ED.

W.-M. LINDSAY

PRAEFATIO

Cum ante aliquot annos, copiis quas v. d. Aemilius Thewrewk congesserat usus, ea quae Festi truncatus codex servat et ea quae Paulus Diaconus Carolo Magno regi ex pleno codice excerpserat quam fidelissime philologis exhibui (Teubn. 1913), tum promisi me in altero volumine maiora esse adgressurum, ut, quatenus possem, ea quae Festus scripsit adumbrarem, glossariorum imprimis saec. VII-VIII conscriptorum adiumento usus. Eheu, quam breve iter mihi tunc visus sum ingredi; quam longum, quam salebrosum reipsa sum expertus! Nam quamvis bene Goetz fundamenta glossographicae doctrinae iecisset (*Corp. Gloss. Lat.*, I-VII), aedificia erant superponenda, Glossarium Ansileubi — urbis illud quidem, non aedificii instar — erat publicandum, Glossarium Abolita a Glossario Abstrusa discernendum, denique cetera glossaria diligentius investiganda, ut Festinas et vasta congerie glossas aliqua ratione eruerem quae et mihi et tibi, lector, satis placeret.

Quo igitur testimonio sim fretus audi.

I. DE FESTI CODICE.

Quid Festus scripserit testatur imprimis unicus qui extat Festi codex Neapolitanus (IV A 3) sive Farnesianus, exaratus scriptura quae dicitur Farfensi, et, si vera fama est, ex Illyrico in Italiam saeculo XV advectus. Neque habeo cur negem eum codicem in Illyrico scriptorio oriri potuisse, cum scriptura Farfensis, de qua disputavi in *Palae. Lat.* III, non solum in Romana regione, sed trans mare Adriaticum in usu fuisse videatur. Ne dimidia quidem pars codicis superest, et illa quidem igne mutilata; sed trium quaternionum qui nunc desunt apographa manent, qualiacumque, saeculo XV facta. Qui tamen ea fecerunt limis oculis Pauli epitomam respexisse videntur, difficiliore lectu partes inde aut sumpsisse aut emendasse, otii quam veritatis studiosiores. Solum illud apographum quod Politianus scripsit lacunarum in Festi codice magnitudinem diligenter, non tamen omnino fideliter exhibet. Cave igitur agnoscas duos semper testes in apographorum cum epitoma consensu (cf. ad 114,5). In ipso qui superest codice sequi solent binas plenas paginarum columellas — interiores scilicet — binae — scilicet exteriores — igne ita adesae ut non nisi dimidia versuum partes supersint. In suppleendis eorum versuum lacunis praecipuus

labor editoris cuiusque adhuc est impensus. In hac tamen editione audaciorem praeterea laborem mihi imposui, ut in eis partibus, ubi nec Festi codex superest nec Festi codicis apographum, e Paulina epitoma elicere coner quid Festus tractaverit et quo modo. Eam igitur me scito in apparatus materiam conguessisse quae, me iudice, a Festo non abhorreat, non tamen omnimodam (1) undique collectam; et ea mente me scito eam ibi posuisse, ut animo fingere possis quas res et quo modo tractavisse Festum verisimile sit in hac libri sui parte, ubi solius Pauli testimonium manet.

Imprimis Varronis de eis rebus testimonium citavi, quoniam Varro et Verrius toties consentire videntur, v. g. :

(L. L. 5,91) Turma 'terima' — E in U abiit — quod ter deni equites ex tribus tribubus Titensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. (Fest. 484,9) Turmam equitum dictam esse ait Curiatius quae 'terimam', quod ter deni equites ex tribus tribubus Titensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.

In aliis partibus lacunas quae in nostro codice sunt interdum supplere conatus sum, Muellerum maxime secutus, interdum vacuas numero amissarum litterarum indicato reliqui. Quos numeros ne quaeso nimis religiose colueris, quoniam regulari illa Carolinarum minuscularum concinnitate caret scriptura Farfensis, neve ad 148,21 :

Veranius in libro.. (7 *litt.*).. de Verbis Pontificum

nimis confidenter collegeris supplendum esse certe 'secundo', minus certe 'tertio', nullo modo 'primo'.

II. DE SCHOLIIS ISIDORIANIS (Vallicell. A 18).

Codex Farnesianus saeculi XI exeuntis est. Exeunte priore saeculo Grausus, qui episcopus Cenetensis c. ann. 1000 P. C. creatus est, adhibuit in Italianimirum septemtrionali codicem Festi nunc deperditum, dum scholia componit in Isidori Etymologias. Quae scholia v. d. C. Anspach ante aliquot annos repperit, nuper edidit Whatmough (*Bulletin Du Cange* 1926-1927). Epitomam quoque Paulinam a Grauso adhibitam esse vix crediderim; sicubi igitur scholium ad eam quadrat, videtur mihi Festus a Paulo fuisse fideliter descriptus, non dico plene exscriptus. Grausum tamen saepe verba Festi refinxisse, saepe decurtasse patet.

(1) Quam tamen collegi et, siquando occasio erit, sub titulo 'Index ad Philologiam Verrianæ Aetatis Doctrinam' publici iuris faciam.

III. DE GLOSSIS FESTINIS (Vat. lat. 1469).

Ex anteriore Festi codice in Italia, ni fallor, septemtrionali glossas aliquot — O utinam plures! — sumpsit nescioqui priscorum vocabulorum amator et in marginibus corporis glossariorum, sicubi locum idoneum invenit, adscripsit. Transcriptum est illud glossariorum corpus cum additamentis pretiosissimis anno 908 (Vat. lat. 1469); et ea additamenta non multo prius illuc viam invenisse testatur altera corporis transcriptio sequente anno facta quae ea non habet (Casin. 218). Equidem non possum intellegere quare partem additamentorum Goetz in Museo Rhenano (40,324) et in Corp. Gloss. Lat. (IV p.xviii) separatim,

v. g. Abzet : extincta est vel mortua, Lucilius in XXII « primum Pacilius tesorofilax pater abzet »,

partem in Corp. Gloss. Lat. (V pp. 520-528) cum aliis vulgaribus glossis indiscretim ediderit,

v. g. (ex Fest. 51,10) Ceres : frumentum vel panem, Liber vitem vel vinum, Venus libidinem vel holera, Neptunus aquam vel pisces, Vulcanus ignem vel solem significant. « Cocus edi[di]t Neptunum, Cererem et Venerem expertam Vulcanum, Liberumque pariter absorbit (ob- ?) », id est cocus comedit pisces et panem et holera cocta ad ignem, et vinum pariter bibit.

Quae viri docti inconstantia lectoribus imposuit, siqui nesciunt eas glossas Festinas; nullo indicio in codice designatas, nonnisi hic illic in congerie glossarum alienarum apparere, ' raras nantes in gurgite vasto ', neque ullo alio discrimine agnosci posse nisi quia in ceteris glossariis non reperiuntur.

Dubiae igitur sunt nonnullae, v. g.

Ola : summi umeri pars posterior,

quae utrum ex Isidoro hausta sit (Etym. 11, 1, 62 : Ola summi humeri pars posterior), an ad Isidorum ex communi fonte, scilicet Festo, pervenerit non omnino liquet ;

Pegnides : Musae ob ingentem liquorem appellantur a fonte quem ungulae ictu patefecisse dicitur equus,

Pepteides : Musae a fonte Macedonico dictae sunt propter liquoris eius unicam subtilitatem splendoremque,

quae duae, cum eosdem errores (Pegnides pro ' Pegasides ', Pepteides pro ' Pipleides ') atque Pauli epitoma (234,9 et 11) exhibeant, suspicio oritur ne ex epitoma sint haustae. Nam hoc glossariorum corpus eius temporis est quo Paulus a glossariorum conditoribus adhibebatur.

Necnon illud animadvertendum est quod Goetz acute monuit, glossas Lucilianas saepe libri Saturarum numerum praebere, quem vix umquam praebet Festus (s. v. Noctipugam, 180,1 ' Lucilius lib. II '). Miram sane rem, sed vix idoneam ad eas glossas a Festo abiudicandas, quoniam liber de Verborum Significatu in usu apud doctos Italiae septemtrionalis, ne dicam omnis Italiae, eis saeculis erat. (Cf. etiam Manitius, Herm. 27 [1892], 318, qui ex catalogo bibliothecae Cluniacensis ' Pomp. Fest. ad Artorium Rufum ' protrahit).

IV. DE PAULI DIACONI EPITOMA.

Iterum, lector, per spatium fere centum annorum regredere ad tempora Caroli Magni, ad quem Paulus Diaconus, in Italia septemtrionali, ni fallor — non ad Casinum —, tum versatus, epitomam Festi misit cum hac epistola :

« Divinae largitatis munere sapientia potentiaque praefulgido domno regi Karolo regum sublimissimo Paulus ultimus servulus. Cupiens aliquid vestris bibliothecis addere, quia ex proprio perparum valeo, necessario ex alieno mutuavi. Sextus denique Pompeius, Romanis studiis affatim eruditus, tam sermonum abditorum quam etiam quarundam causarum origines aperiens, opus suum ad viginti usque prolixa volumina extendit. Ex qua ego prolixitate superflua quaeque et minus necessaria praetergrediens et quaedam abstrusa penitus stilo proprio enucleans, nonnulla ita ut erant posita relinquens, hoc vestrae celsitudini legendum compendium optuli. In cuius serie, si tamen lectum ire non dedignabimini, quaedam secundum artem, quaedam iuxta ethimologiam posita non inconvenienter invenietis, et praecipue civitatis vestrae Romuleae portarum viarum montium locorum tribuumque vocabula diserta repperietis, ritus praeterea gentilium et consuetudines, varias dictiones quoque poetis et historiographis familiares quas in suis opusculis frequentius posuere. Quod exiguitatis meae munusculum si sagax et subtilissimum vestrum ingenium non usquequaque reppulerit, tenuitatem meam vita comite ad potiora excitabit ».

Quem Festi codicem habuit Paulus, is saepissime cum Farnesiano in mendis consensit (v. g. 334, 2 ' Redibitur tum ' pro Redhibitum ; 384,14 ' hostiae ' pro hostire ; 334,17 ' divinitus ' pro diu intus), aliquando melior erat (v. g. 379, 2, ubi tria verba propter homoeon in Farnesiano interciderunt), aliquando peior (v. g. 234, 2, ubi ridicule ' Piacularis porta ' Paulus pro porca exhibet).

Et quamquam Pauli testimonium in eis partibus quas Farnesianus servat inutile est, pro religione habui epitomam totam exhibere, ut aestimare possis quam saepe Festum plene et fideliter exscripserit Paulus, quo consilio mutare soleat (v. g. 114,20 Manes deos deasque *Fest.* : Manes quos deos deasque putabant *Paul.* ; 114,15 Manias Aelius Stilo dicit *Fest.* : Manias dicunt *Paul.* ;

514,9 Valgos Opillus Aurelius alique complures aiunt dici qui *Fest.* : Valgos Aurelius intellegi vult qui *Paul.*),

cuiusmodi glossas soleat omnino praetermittere. Tum etiam quam saepe verba Festi refingat, ' stilo proprio ' ut ipse dicit ' enucleans ', aut innocue, v. g., s. v. Occasus, 188, 26 :

(Fest.) Occasus interitus vel solis cum decidit a superis sub terras,

(Paul.) Occasus interitus vel solis in oceano mersio,

s. v. Prolato Aere (282,10), ubi pro ' clipeo ' substituit — videlicet ut facilius intellectu — ' scuto ' :

(Fest.) « Prolato aere astitit » Ennius in Achille Aristarchi cum ait, significat clipeo ante se protento,

(Paul.) Prolato aere apud Ennium significat scuto ante se protento,

aut totam Festi sententiam, dum decurtat, vel laedat vel omnino detorqueat (v. g., Tagit 490,23 ; Talassio 478,35 ; Pietati 228,28 ; Pronubae 282,16 ; Sentinare 454,8 ; Subura 402,5 ; Rutrum 320,7). Denique quantos in errores incidere possit (v. g. Serpula Serpsit 476,24 ; Setius 462,10 ; Pedes 230,18) ; necnon quomodo de suo interdum adiciat (v. g. Barbari 32,14 ; Torvitas 404,26), neque ordinem Festinum religiose obtinere curet (v. g. Municeps 126,16 ; Pilates 268, 25 ; Pronubae 282,16 ; Sororium Tigillum 380,5).

V. DE GLOSSARIIS MEDIAEVALIBUS DUOBUS (Abol., Philox.).

Testes tibi, lector, protuli quattuor et, quod mirum est, fere centenniis singulis inter se remotos. Consentaneum erit codicem Festi illum, qui conditori Glossarii Abolita praesto erat, centennio ante Carolum Magnum attribuire ; sed quo tempore et quo loco — Hispaniae, ni fallor — illud glossarium ortum sit non satis liquet. Consentaneum quoque erit codicem Festi illum, qui Philoxeno qui dicitur praesto erat, eidem tempori attribuire ; neque habeo cur antierius saeculum huic glossario utriusque linguae, in Italia ni fallor facto, vindicem. Antiquissimum glossarii testem (Harl. 5792), qui cognatum glossarium Cyrilli qui dicitur habet, vix anno 750 P. C. antiquiorem esse declarat eius uncialis scriptura. In ea duo glossaria (Abol., Philox.) parumper attentius inspicimus.

De glossariis mediaevalibus inveteratus error vulgi animos iamdiu occupavit, Ritschelianorum opera nullo modo expulsus, immo vero adauctus. Sed nunc tandem consentiunt — aut consentire debent — docti ea longe aliter ac dictionaria hodierna extitisse. Dictionarii quidem hodie conditor omnes libros omnium scriptorum diligenter evolvit, omnimoda verba quot potest inde extrahit, in dictionario collocat, sua ipsius interpretatione ornat. Glossaria autem Medii Aevi glossas, id est marginales verborum difficiliorum interpretationes, ex parvo numero codicum — nam plerique codices adnotatione marginali carebant — collectas exhibent. Vocabula igitur ferme nulla in glossariis tractantur nisi ea quibus interpretatio in margine codicis alicuius, puta Ver-

gilli, fuerat adscripta. Neque eae interpretationes quae in glossariis apparent conditori glossarii imputandae sunt, sed codicis, puta Vergilii unde proveniant, adnotatori. Itaque glossarium unumquodque revera est coadunatio glossarum collectarum ex sex septem codicum adnotatione marginali.

Quos igitur glossarum manipulos coadunavit Philoxenus ? Quorum ex codicibus scriptorum Latinorum Graeca marginali interpretatione instructis collegit glossas ? Lege glossarium nuper editum (Glossaria Latina, vol. II, 1926) ; reperies :

(1) Plurimas glossas quae exhibent antiquam doctrinam talem qualem exhibet Festus. Dices codicem illum adnotatione marginali instructum, unde eae collectae erant, aut Festi codicem fuisse aut Festi fratris gemelli. Casu felice conservavit unicus noster glossarii codex (Paris. 7651) indicium fontis duarum glossarum, nempe , Pompei ', i. e. Festi : (AD 124) :

Adoriosus : ἔνδοξος, ὡς Πομπήιος,

Ador < ia > : νίκη, ὡς Πομπήιος.

(Tertia glossa olim his vicina erat, Ador[ia] : εἶδος αἵτου).

Pauli epitoma habet (3, 19 sqq.) :

Ador farris genus, ' edor ' quondam appellatum ab edendo, vel quod aduratur ut fiat tostum ; unde in sacrificio mola salsa efficitur. Adoriam laudem sive gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse qui farris copia abundaret.

Ne verbum quidem Paulus de illo Adoriosus. Ideone suspecta Philoxeni glossa ? Nullo modo. Quis nescit epitomam multa praeteriisse ? Meo igitur iure conicio Festum non modo vocabulorum Ador et Adoria, sed etiam vocabuli Adoriosus mentionem fecisse. Nam oculis mentis video magistrum aliquem coenobii Italiae meridiana, dum in usum monachorum Graece loquentium adscribit summarium marginale notabilium priscorum verborum cum Festina interpretatione quam brevissime Graece versa. Ergo magister ille habuit in manibus plenum Festi codicem. Ex hoc Festi loco nucleum doctrinae suis Graecis discipulis aptae extraxit, tria videlicet antiquae Latinitatis vocabula :

Ador, Graece εἶδος αἵτου, Adoria, Graece νίκη, Adoriosus, Graece ἔνδοξος.

Ceterarum glossarum eiusmodi, quamquam fontis indicium evanuit, fontem alium cur agnoscam non habeo.

(2) Glossas vocabulorum quae ad ius pertinent. Casu felice non semel conservavit noster unicus codex indicium fontis, LIBER DE OFFICIO PROCONSULIS. Sed eae glossae vix ad hanc praefationem pertinent.

(3) Glossas Charisianas. Quoniam Charisius sic scripsit : (292 K. = 380 B.) :

Praefectus fabrorum ; praefectus autem praetorio per dativum fit participium... Verbum enim huius participii dativum recipit, veluti praeficio te praetorio, illum cohorti. Aliis etiam ita de idiomatibus placuit definire, etc.,

ex Charisio sumptas has glossas vix negabis :

PR 68 Praefectus fabrorum : ἑπαρχὸς τῶν τεχνιτῶν ,

PR 69 Praefectus autem praetorio, per dativum fit participium :
προτεταγμένος τοῦ πραιτωρίου,

PR 73 Praeficio te praetorio : προτάσσω σε τοῦ πραιτωρίου,

PR 74 Praeficio illum cohorti : aliis etiam, (!)

et ridebis stultitiam eius qui eas e Charisii codice collegit. Et certe Philoxeno voces Graeca interpretatione instructas indaganti peridoneus fons erat hic grammaticus, qui multa Graeca in Artem suam admisit. Admisit etiam multa antiqua Latina, velut (549 K.) :

Hae antiae κόμαι αἱ διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι,

unde Philox. (AN 129) :

Antiae : κόμαι αἱ διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι.

(Quare cavendum est ne Charisianas glossas interdum pro Festinis habeas. Sunt autem indicia quaedam quibus dignosci possunt.) Neque dubito ad Charisium ceteras eiusmodi glossas revocare, quamquam Charisius numquam nominatur. Illud dubito, utrum ille monachus iuvenis, qui Philoxeni iussu glossas eas collegit, omnes in margine adscriptas invenerit, an etiam ex ipso contextu aliquot, fortasse linea infra ducta designatas, extraxerit.

(4) Glossas Vergilianas, Horatianas, etc. Hoc discrimen elucet, quod Horatianae saepe Latinam interpretationem exhibent. Ridebis iterum collectoris stultitiam. Nam quid eis negoti in glossario utriusque linguae ? Sed etiam adnotatoris stultitia interdum risum movet. Ubi Flaccus scripserat (Epist. 1, 16, 60) :

pulchra Laverna,

da mihi fallere, da iusto sanctoque videri,

adnotator adscripserat, Laverna Παξιδίκη, quae nunc est glossa Philox. LA 101. Videsne, oculis mentis usus, semidoctum Graecum, caecum caecorum ducem, qui nescit quae dea Laverna fuerit, sed colligit e verbis Flacci eam fuisse quam nocentes ante iudicium soleant invocare ?

(5) Glossas Biblicas.

(6) Sextus fons erat codex Catilinariorum cum Graeca versione.

Nunc ad Abolita glossarium animus advertendus, nuper editum (Glossaria Latina III, 1926). Ibi facile discernis :

(1) Glossas Vergilianas. Eae longe plures sunt quam ceterae glossae. Et — dis gratia — habemus easdem alibi separatim exhibitas — Glossarium Vergilianum — in multis codicibus (Corp. Gloss. Lat. IV 427-470). Ergo monasterii Hispani (?) celeberrimus nescioqui magister saeculo septimo (?) adnotaverat in usum discipulorum suorum Vergilii codicem, quae adnotatio transcripta erat ab aliorum monasteriorum magistris, qui hoc adiumentum suis ipsorum discipulis petierunt. Sunt breves glossulae, nullius momenti, longe ab antiqua doctrina remotae, neque ullum fontis indicium exhibent, v. g. :

DE 77-82 Decrevit : constituit (Aen. 4,475)
 Decusserat : detraxerat (Aen. 5,260)
 Deverberat : percussit (Aen. 5,503)
 Demens : infelix (Aen. 6,172 vel 590)
 Densentur : stipentur (Aen. 7,794)
 Decolor aetas : non similis, desidiā debilitata (Aen. 8,326).

(2) Glossas Terentianas. Eae sunt eiusdem generis atque Vergilianae, breves, longe ab antiqua doctrina remotae, nullo fontis indicio instructae ; sed idcirco interdum utiles, quia codicis Terentianarum fabularum in Hispania (?) saeculo septimo (?) scripti lectiones conservant.

(3) Glossas similes Terentianarum et Vergilianarum, quae ad Apuleium, ut videtur (nam non penitus liquet), et fortasse alios scriptores fuerant adnotatae. Earum quoque fontis nullum indicium.

(4) Glossas quas ad Festum revoco, quamquam nullum habent fontis indicium. Quarum egregium specimen est :

(NE 22) Nequinunt : pro nequeunt, ut < solinunt pro > solent.
 « Nequinunt Graeciam redire ».

Pro insano eum habebo siquis negabit eam glossam ex Festo provenisse (160,3) :

Nequinont pro nequeunt, ut solinunt ferinunt pro solent et ferunt, dicebant antiqui. Livius in Odissia « partim errant, nequinunt Graeciam redire ».

Ceterae eiusmodi glossae quominus ex Festo provenerint nihil, me iudice, obstat. Sed plura de hac re infra disputabo.

Habemus igitur duos novos testes, scilicet eas Philoxeni glossas et eas Abolita glossas quae ex pleno Festi codice saeculo puta septimo collectae sunt. Testimonium sine dubio utile, dummodo sit plene et accurate nobis traditum.

O utinam ea duo glossaria integra haberemus, qualia primum conscripta sunt ! Ibi nimirum inveniremus glossas Festinas seorsum positas sub titulo *EX POMPEIO FESTO*, et eum ordinem obtinentes quo ex singulis libri de Verborum Significatu capitulis sunt collectae. Sed glossarii Philoxeni nonnisi unum miserum codicem habemus (Paris 7651), saeculo nono Lauduni, ubi Hibernici magistri Graecam linguam monachos docebant, exaratum. Per duo saecula glossae omnimodas vicissitudines passae erant. Erant reordinatae, primum secundum Graecum litterarum ordinem (AB, AG, AD, etc.), deinde secundum Latinum (AB, AC, AD, etc.). Erant divisae et decurtatae ; nam quo brevior glossa erat, tanto monachis gratior. Erant neglegentissime transcriptae. Denique plurimae erant aut consilio aut incuria praetermissae. Epitomam corruptam revera habemus, non ipsum glossarium. Aliquantum tamen adiuvamur aliis glossariis quae ex Philoxeno materiam hauserunt : (1) Glossario Cyrilli (qui dicitur) Graecolatino (Corp. Gloss. Lat. II), cuius testimonium sic exhibeo

in apparatu meo, Gloss. Cyrill. (= Philox) ; (2) Glossario Servii magistri Lati-nograeco (Corp. Gloss. Lat. II) ; (3) aliquot glossariis Latinis quae Graecam Philoxeni interpretationem Latine versam exhibent — Abavus dico (ubi etiam Graeca interpretatio saepe restat iuxta Latinam eius versionem), Ab Absens, Corp., Abba (sive Sangallense), Gloss. Nom., etc.

Glossarium Abolita vel maligniorem fortunam expertum est. Revera nullum glossarii codicem habemus, sed tantummodo glossas eas — maximam nimirum glossarii partem — quae in marginem codicis Abstrusa Glossarii saeculo octavo ineunte vel etiam septimo exeunte inlatae erant. Ille bimembris codex ex Hispania in Italiam venit, transcriptus est Romae saeculo octavo medio (Vat. lat. 3321), Casini saeculo decimo (Casin. 439). Sicut Philoxeni glossae, itidem glossae Abolita reordinatae sunt alphabetice, divisae, decurtatae, omnibus modis corruptae ; v. g. Vergilianum illud quod supra memoravi (Decolor aetas : dissimilis, desidia debilitata) sic divisum erat in parente nostrorum duorum codicum :

Decoloratas ; non similis.

Desidia : debilitata ;

Festinum illud Nequinunt sic :

Nequinunt : pro nequeunt ut solent.

Nequiunt : Greciam redire.

Adiuvamur tamen aliquantum fragmentis Bavarici corporis glossariorum, saeculo octavo compositi, in quo singuli manipuli glossarum ex Abolita, ex Abstrusa, ex aliis glossariis haustarum suo quisque indicio designati erant. Inde discimus in integra glossarii Abolita forma glossas Festinas, glossas Vergilianas, etc., seorsum positas esse, nimirum sub titulo EX POMPEIO FESTO, EX VIRGILIO, etc. Et ne miserum quidem illud par, Vat. 3321 et Cas. 439, omne vestigium huius dispositionis amiserunt. Nam in eis plus minus cohaerent inter se glossae Festinae, cohaerent inter se glossae Apuleianae, similiter glossae Vergilianae, glossae Terentianae — hoc ordine, ni fallor, erant singulae glossarum collectiones dispositae. Unde tenue saltem documentum huius vel illius fontis elucet, ut possim meo iure dicere : ' Haec glossa potius Festina quam Vergiliana est, quoniam inter alias ex Festo sumptas stat '. Quin etiam dispositionis singularum glossarum pertenuē vestigium hic illic restat. Respice ad eas Vergilianas quas ex D-capitulo supra citavi, secundum ordinem quo primitus collectae erant adhuc dispositas.

Maxime tamen adiuvant glossaria aliquot quae ex meliore Abolita Glossarii codice aliquo glossas mutuata erant, imprimis Glossarium Ansileubi (sive Liber Glossarum), nuper editum (Glossaria Latina I, 1926), tum Glossaria AA, Abba sive Sangallense, alia. Eorum testimonium sic exhibeo in apparatu meo : Gloss. Ansil. (= Abol.), Gloss. AA (= Abol.), Gloss. Abba (= Abol.). Eis adiuvantibus possumus veram formam glossae restituere, glossas praetermissas recuperare, necnon decernere utrum glossa in altero nostrorum codicum exhibita, in altero omissa revera gregis Abolita fuerit an aliena. Nam Vat.

3321 solet longiores glossas, unciali scripturae incommodas, vel praetermittere vel decurtare.

Neque dubito quin plus etiam lateat adiumenti in eis glossariis quae glossas ex Abolita hauserunt quam excipere audeo. Et cur non audeo ? Quia glossas non solum ex Abolita sed ex Abstrusa sumptas habent ; neque semper potest discerni utro ex glossario glossa provenerit, quoniam ne Abstrusa quidem glossarii integra forma superest. Glossae autem Abstrusa pleraeque erant Vergilianae, et illae quidem antiquae doctrinae non expertes, nimirum ex scholiis Vergilianis, Donati magis quam Servii, collectae. Donatus autem, ni fallor, nullo modo Festi ignarus fuerat ; unde factum est ut glossae Abstrusa nonnumquam cum glossis Abolita plus minus conspirent.

Si nunc a me postulas ut coniecturam faciam quis fuerit Philoxenus qui dicitur, i. e. glossarii Latinograeci conditor, quis Abolita Glossarii conditor, quomodo ea duo glossaria condita sint, ubi, quando, quo consilio, non recusabo ; sed te moneo rem esse incertam. Et primum, quis scit an conditor, revera nomine conditoris dignus, ullus fuerit. Nam glossaria mediaevalia magis coaluisse quam condita esse videntur, quippe quae ex fortuito congregatis sex septem manipulis glossarum, ex marginali sex septem codicum adnotatione collectarum, orta sint, postquam omnes omnium manipulorum glossae, in unam congeriem coadunatae, secundum litteras primas — A, B, C, etc. — dispositae sunt. Eo enim modo, casu potius quam consilio, pleraeque extitisse glossaria mediaevalia crede. Attamen a glossario Latinograeco oriendo consilium non omnino abesse potuit. Erat aliquando in aliquo monasterio aliquis magister qui, ut copia esset et sibi et discipulis suis Graeco sermoni studendi, imperavit ut omnia, quae Graecam Latini vocabuli interpretationem praeberent, ex marginali codicum adnotatione colligerentur. Et quoniam Graeca studia Hibernicorum magistrorum fere propria tum temporis erant, suspicor eum fuisse Hibernum. Porro quoniam una saltem unius codicis ab eo adhibiti marginalis interpretatio Graecum vocabulum praebet, quod Graecitatem Italiae meridiana redolere videtur (MA 42 Malebarbis : *spanón*. Cf. Calabr. 'spanu'), eum suspicor ex Italia meridiana eos codices comparasse, quorum adnotatione marginali adiutus est. Nonne igitur verisimile est Hibernum nostrum Italici monasterii, puta Bobiensis prope Mediolanum, praeceptorem fuisse ? Nonne statim occurrit illa Rudolphi Beer splendide audax coniectura, Columbanum, monasterii Bobiensis saeculo septimo ineunte fundatorem, bibliothecam Cassiodori Vivariensem comparavisse ? Nullum verbum addo ; sed memento quae so illum Hibernicum quem mihi fingo magistrum adeo incuriosum operis suo iussu instituti fuisse ut toleraret in eo glossas Horatianas aliquot Latina, non Graeca interpretatione instructas, necnon ridiculum illud ex Charisii codice collectum :

Praeficio illum cohorti : aliis etiam.

Id quoque memento, magistros illos, Vivariensis puta coenobii prope Scylaceum, qui eos codices ab eo adhibitos adnotaverant, homines semidoctos fuisse,

ne credas illum Vivariensem magistrum, qui Festi codici marginale summarium vel marginales (et interlineares) glossas Graecas addiderat, idoneum ad hoc opus fuisse. Multo minus crede idoneos fuisse illos Bobienses monachos iuvenes, qui iussi eas glossas ex codice Vivariensi collegerunt. Quae si memineris, non miraberis talia in glossario reperiri :

(CL 42) Clura : ὅμοια (quasi ' similia ' !),

ubi Festus (Paul. 48, 11) scripserat puta Clura simia ;

(DI 5,13) Dicassit : ἐπαγορεύει, συνεχῶς λέγει (quasi ' disserit ' !),

ubi Festus (Paul. 66,17) scripserat : Dicassit dixerit ;

(IN 565) Insuasum : εἶδος δοκαρίων κεκαπνισμένων,

ubi Paulus habet (99,6) : Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio ;

(TE 73) Tentipellium : φάρμακον πρὸς ῥυτίδας,

quam interpretationem, a Verrio prolatam, Festus (500, 32) erroris convincit.

Quid nunc de Abolitâ Glossario conicere audeam ? Coaluitne casu ? An aderat consilium ? Cur non casu, quippe quod nihil esse videatur nisi coadunatio fortuita quattuor manipulorum, videlicet glossarum ex Festo, ex Apuleio (aliisque fortasse), ex Vergilio, ex Terentio collectarum ? Quid autem quodagmen ducit manipulus Festinus ? Consiliumne inde elucet dictionarium condendi in quo primus locus antiquioribus vocabulis daretur ? Quomodo scire possumus ? Nec vero magni refert scire. Id malim scire, utrum ipse conditor glossarii — siquis erat — Festum evolverit et utilissimum quidque excerptum in margine adnotaverit, unde iuniores monachi glossas in glossarium colligerent, an codicem Festi eiusmodi summario marginali prius instructum in monasterii bibliotheca repperisset. Sed ne id quidem magni interest scire neque quae causa fuerit cur hic illic loci Festini (v. g. Nequinunt) paene plene aut in margine exscripti essent, aut in contextu ipso linea infra ducta designati contra solitum morem nuclei tantummodo doctrinae discipulis aptae extrahendi. Nescimus ; et inter virtutes est aliqua nescire.

In Hispania conditum esse glossarium inde conicio, quod orthographia Hispanica et Hispanica scribendi compendia hic illic fuerant in parente nostrorum duorum codicum (cf. *Journ. Phil.* 34, 267) ; tum quia Apuleius, scriptor minus in aliis Europae terris cognitus, inter fontes glossarii, ni fallor, est. Et in Hispania codicem saltem Terentii adnotatum esse inde conicio quod vocabulum callis (cf. Hispan. ' calle ') apparet in adnotatione (ad Eun. 845) :

Angiportum : androna biforium vel callem.

(Cf. *Bulletin Du Cange* 1926, p. 84).

Sed ohe iam satis nebulosae coniecturae ! Ad graviora pergamus. Et gravissimum hoc est quod te, lector, monitum voluerim. Eorum duorum glossa-

riorum editio princeps nuper prodiit (Glossaria Latina II, III, 1926). Cadunt igitur, si non omnia, at plurima quae in primo volumine Corporis Glossariorum Latinorum (1923) de eis glossariis disputata sunt. Quis enim recte disputare potuit futtili apographorum (Corp. Gloss. Lat. II, IV) codicis Paris. 7651 et codicis Vat. 3321 adiumento fretus ? Et siqua alia, cadunt ea quae de glossis Abolita disputata sunt. Quis enim recte glossas Abolita a glossis Abstrusa secernere potuit, quoniam codex Vat. 3321 ea duo glossaria inter se confusa exhibet ? Quis veram formam plurimarum Abolita glossarum novisse ante editionem principem Glossarii Ansileubi emissam (Glossaria Latina I. 1926) ?

VI. DE COMPILATORIBUS FESTI.

Ex Festo pseudo-Placidum hausisse non credo, sed ex codicibus vetustissimorum scriptorum marginali adnotatione instructis, et illa quidem ex antiquorum glossographorum laboribus transmissa (cf. Pirie, *Class. Quart.* 22, 107 ; a quo glossarium editur, *Glossaria Latina IV*). Sed cum eadem glossographorum doctrina praesto esset Verrio, saepe consentit ps.-Placidus cum Festo. Eadem praesto erat Donato, ex cuius scholiis Vergilianis Glossarium Abstrusa materiam hausit. Neque eadem ab adnotationibus codicum a Nonio adhibitorum afuit.

(Vide libellum meum : *Nonius Marcellus' Dictionary of Republican Latin*, Oxon. 1901.)

Noli igitur mirari huiusmodi consensum :

(ps.-Plac.) Nasiterna : vas aquarium.

(Non. 546,5) Nassiterna vas aquale.

(Fest. 168,15) Nassiterna est genus vasi aquari ansati et patentis, etc.

(ps.-Plac.) Gramis : glemis, quae sunt pituitae oculorum.

(Non. 119,14) Gramiae pituitae oculorum.

(Fest. 85,26) Gramiae oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant.

(ps.-Plac.) Antiis : capillis muliebribus ante, id est a fronte, pendentibus

(Abstr. AN 55) Antiae : capilli quos mulieres in capite componunt.

(Fest. 16,3) Antiae muliebres capilli demissi in frontem, etc.

Macrobius inter ceteros fontes Festum nominat, v. g. (Sat. 3,5,7) :

Ambarvaus hostia est, ut ait Pompeius Festus, quae rei divinae causa circum arva ducitur ab his qui pro frugibus faciunt ;

quae aliis verbis Paulus (5,1) :

Ambarvaes hostiae appellabantur quae pro arvis a duobus fratribus sacrificabantur.

Suspectane igitur Macrobii verba ? Nullo modo. Quis nescit Paulum verba Festina saepe immutasse ; sicut etiam Macrobius (cf. tamen *Macrobi. praef.* 4)

ea immutasse videtur ? Macrobius igitur in hac editione, quoties occasio erit, ad partes vocabo.

Isidorus certe adhibuit Festum nonnumquam (cf. Wessner, Herm. 52,216) ; saepius tamen Donati Vergilianum commentarium. Sicubi igitur cum Glossario Abolita consentit, communem fontem fuisse Festum suspicor ; sicubi cum Glossario Abstrusa, fuisse scholia Vergiliana.

Plutarchum (Quaest. Rom.) hos locos ex Verrio hausisse aut haurire potuisse credunt docti : Q. R. 1 (cf. Fest. s. v. Facem, 77, 21) ; 2 (cf. s. v. Facem, 77, 21 ; Rapi Solet Fax, 364, 29) ; 10 (cf. s. v. Saturnia, 430, 30) ; 11 (cf. s. v. Saturno Sacrificium, 462, 29 ; Lucem Facere, 106, 19) ; 18 (cf. s. v. Decima, 63, 3) ; 19 (cf. s. v. Martius Mensis, 136, 6 ; Februarius Mensis, 75, 23) ; 20 (cf. s. v. Murciae Deae, 134, 14) ; 21 (cf. s. v. Picum Avem, 228,32) ; 23 (cf. s. v. Rustica Vinalia, 322, 14) ; 24 (cf. s. v. Nonas, 176, 20) ; 27 (cf. s. v. Religiosus, 348, 22) ; 30 (cf. s. v. Praebia, 276, 7) ; 31 (cf. s. v. Talassionem, 478, 35 ; In Pelle Lanata, 102, 1) ; 32 (cf. s. v. Argaeos, 14, 22 ; Depontani, 66, 5 ; Sexagenarios De Ponte, 450, 23) ; 34 fin. — 35 (cf. s. v. Larentalia, 106, 1) ; 41 (cf. s. v. Peculatus, 268, 33 ; Peculium, 290, 34) ; 44 (cf. s. v. Iurare, 92, 25) ; 45 (cf. s. v. Rustica Vinalia, 322, 14) ; 50 (cf. s. v. Diffarreatio, 65, 17 ; Flammeo Amicitur Nubens, 79, 23) ; 52 (cf. s. v. Manes Di, 146, 20 ; Mane, 112, 24) ; 53 (cf. s. v. Sardi Venales, 428, 36) ; 54 (cf. s. v. Macellum, 112, 14) ; 58 (cf. s. v. Qui Patres Qui Conscripti, 304, 25) ; 62 (cf. s. v. Pater Patrimus, 266, 22) ; 63 (cf. s. v. Sacrificulus Rex, 422, 12) ; 66 (cf. s. v. Flaminius Circus, 79, 16) ; 67 (cf. s. v. Lictores, 103, 1) ; 68 (cf. s. v. Crepos, 49, 18 ; Februarius Mensis, 75, 23) ; 77 (cf. s. v. Supercilia In Iunonis Tutela, 396, 17) ; 78 (cf. s. v. Sinistrae Aves, 454, 1) ; 86 (cf. s. v. Maius Mensis, 120, 7 ; Iunium Mensem, 92, 6) ; 87 (cf. s. v. Caelibari Hasta, 55, 3 ; Curis, 43, 1) ; 88 (cf. s. v. Lucar, 106, 12) ; 89 (cf. s. v. Quirinaria, 304, 5) ; 91 (cf. s. v. Manliae Gentis, 135, 28 ; M. Manlium, 112, 20) ; 94 (cf. s. v. In Insula Aesculapio Facta Aedes, 98,6) ; 95 (cf. s. v. Fabam 177, 24) ; 97 (cf. s. v. Equus Marti Immolabatur, 71, 20 ; October Equus, 190, 11) ; 100 (cf. s. v. Servorum Dies Festus, 460, 32) ; 102 (cf. s. v. Lustrici Dies, 107, 28) ; 104 (cf. s. v. Liber, 103, 3 ; Loebesum, 108, 5) ; 112 (cf. s. v. Hederam, 72, 23).

Sed huic editioni Plutarchus parum idoneus testis est habendus.

VII. DE FESTO SIBI IPSI TESTE.

Sed ex Varrone, ex ps.- Placido, ex universis compilatoribus non tantum fructum cepi quantum ex Festo ipso. Qui in M-capitulo, s. v. Martialis Campus, haec fere scripsit (Paul. 117, 25) :

Martialis Campus in Caelio monte dicitur quod in eo Equirria solebant fieri, siquando aquae Tiberis campum Martium occupassent,

eadem fere in E-capitulo, s. v. Equirria (Paul. 71, 15) :

Equirria ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum qui in campo Martio exercebantur ;.

qui in M-capitulo, s. v. M. Manlium (Paul. 112, 20) :

M. Manlium patriciae familiae neminem vocari licuit post eum Manlium qui Gallos a Capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus necatusque est,

eadem fere in eodem capitulo, s. v. Manliae Gentis (Paul. 135, 28) :

Manliae gentis patriciae decreto nemo ex ea Marcus appellabatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum adfectasset, damnatus necatusque est.

Nempe solebat Verrius, sive dormitans sive legentibus consulens, materiam quae sibi praesto erat, sub novo lemmate iterare (cf. Elucum 66, 18, Helucus 89, 12 ; cf. Fordicidiis, Fordae 71, 1, Horda, Hordicidia, 91, 17).

Respice nunc ad 37, 13, s. v. Cispium Mons, ubi Paulus suo more ' cuiusdam hominis ' scripsit :

Cispium mons est in Urbe Aesquilinae regionis de nomine cuiusdam hominis dictus.

Quid Festus scripserit, conice ex 476, 11, s. v. Septimontio :

Similiter Cispium a Laevo Cispio Anagnino, qui Romae tuendae causa eam partem Esquiliarum quae erat ad vicum Patricium ersus, in qua regione est aedis Mefitis, tuitus est.

Hoc igitur egi ut locos similes numquam non in apparatu citem. Quibus citationibus usus poteris nonnumquam ultra Festum ad ipsum Verrium eniti. Nam glossographorum vetustorum doctrinam, quam Varro uno et eodem loco tractat, v. g. :

(L. L. 7, 64) In Cistellaria « diobolares, schoenicolae, miraculae », diobolares a binis obolis,; schoenicolae ab schoeno, nugatorio unguento ; miraculae a miris, id est monstris, a quo Accius ait « personas distortis oribus deformis, miriones »,

eam Verrius alphabetice dispositam dissipabat, v. g. :

in D-capitulo (65, 8 Paul.) Diobolares meretrices dicuntur qui duobus obolis ducuntur,

in S-capitulo (442, 7) Schoenicas appellavit meretrices Plautus propter usum unguenti schoeni, quod est pessimi generis. Itaque dixit « diobolares, schoenicae, miraculae », etc.,

in M-capitulo (110, 4-7) Paul.) Miracula, Mirior,

Disiecta igitur membra in apparatu meo collegi ut habeas Absyrtum.

VIII. DE HAC EDITIONE.

V. d. Aemilius Thewrewk, pseudo-Festi impatiens, noluit in editionem suam supplementa lacunarum Muelleriana admittere. Et nuper reperta scholia Isidoriana, ex pleno Festi codice a Grauso extracta, aliquando improbant ea supplementa, v. g. :

(Mueller, p. 306) Subsidiū dice<batur quando mi> lites subside<bant in extrema acie, lab>entique aciei <succurrebant, quod> genus militum <constabat ex iis, qui> emeruerant <stipendiā ; locum t>amen retine <bant in exercitu>, quae erat tē<tia acies triarioru>m, ut Plautus <in Frivolaria : « a>gite nunc, subs<idite omnes, quasi solent> triarii », si<mili modo dicti prae>sidiari, ante eos <collocati qui er>ant, aut in ali<o loco praepos>iti ;

pro quibus Grausus :

Subsidiū dicebatur cum post proeliantes subsidebant, ut cedenti aciei auxilio essent ; quod genus militum erat triariorum, qui iam emeruerant iusta stipendia et tamen retinebantur in castris. Et dicti triarii quod in tertio ordine militarent. Ante hos qui in secundo loco erant praesidiarii vocabantur.

Sed displicent lectoribus versus in Thewrewkiana editione hiantes, paginae maximam partem vacuae. Nam libentius aspicimus eam statuam antiquam cui operarius hodiernus nasum amissum, digitum temporis lapsu corrosum sollerter restituit, quoniam ipsum hominem videmur aspicere, non truncatum cadaver ; neque querimus nos deceptos, cum dissimilis marmoris antiqui et novi spec es quid factum sit aperte declaret. Itaque Teubneriana editio (Festi cum Paulo) ea supplementa quae Paulus praestabat excepit, cetera aut in apparatus criticum relegavit aut tacite praetermisit. Et in hac nova editione (Festi, non Pauli quoque), quae studet Festi aedificium, quatenus fieri possit, ex ruinis restaurare, audacior ratio placet.

Tu igitur caute lege et ipsa verba Festi a supplementis (quae inter uncinos acutos stant), sive certioribus (quae usitatas litteras exhibent) sive incertioribus (quae crassas), diligenter secerne. Nolo enim eo meos lectores adducere quo suos Mueller adduxit. Nam Muelleriana supplementa adeo animos legentium captaverunt, ut ne docti quidem viri semper meminerint ea coniecturae esse debita ; veluti nuper vir doctus negavit Festum, s. v. Naenia (154, 19 sqq. = 161-162 Muell.), quidquam de significatione ' Naeniae, id est deleramenta ' dixisse. Quare enim negavit nisi quia Muelleriana pro ipsis Festi verbis habebat ?

Et quoniam haec editio a ceteris ea re potissimum differt, quod glossariis mediaevalibus (Philox., Abol.) ad lacunas supplendas sum usus, paucis necesse est meam operandi rationem defendam. Nam v. d. Wessner nuper (Corp. Gloss.

[Lat. I 342-369) de glossis Festinis ita scripsit ut videatur abiudicare eas a Festo, illud tamen concedere ut adiudicari possint Festi fratri gemello. Credit enim 'vetustos optimarum glossarum thesauros', videlicet vetustorum glossographorum doctrinam eam quae praesto erat Verrio, praesto fuisse aliquo modo etiā his septimi saeculi monachis, Philoxeno (qui dicitur) et conditori (siqui erat conditor) Glossarii Abolita. Audi igitur alteram partem. Lege ea argumenta quae v. d. per octo et viginti paginas conguessit, ne queraris te a me esse deceptum.

Equidem si integra glossaria (Philox., Abol.) haberemus, qualia primum conscripta sunt, Wessneri ratione disputandi magis commoverer. Sic enim solet disputare, eas glossas, quales nunc in miseris nostris eorum glossariorum codicibus apparent, nimis longe ab ipsis Festi verbis distare. Sed mihi venit in mentem de glossa Abol. CA 17, quae in nostris duobus codicibus est 'Carissa lena est dupla'; quam tamen in vero Glossario Abolita fuisse 'Carissa lena est vafra' inde patet, quod Glossarium Abba, quod eam ex Abolita sumpserat, habet pro dupla 'faba' (vafra). Quid? nonne vera forma gl. Abol. satis ad Pauli verba quadrat (38, 18) 'Carissam apud Lucilium vafrum significat'? Cur igitur prohibeor quominus credam Festum (cum ps.-Placido) lenae mentionem fecisse? Neque obliviscor glossae Abol. AM 4, ubi nostri quidem codices 'fustes' pro periticae exhibent, non tamen ille melior Abolita codex unde Gloss. AA glossam sumpserat (cf. Paul. 19, 17). Neque glossae Abol. CA 19, ubi nostri codices 'recremeo' (i. e. recrementa?), sed Gloss. Ansil. (= Abol.) CA 438 Canicae: furfures (cf. Paul. 40, 7 furfures). Vocabuli 'nefrendes' Festus (156, 26) duas interpretationes praebet, alteram Mucii Scaevolae 'quod dentibus frendere non possint', alteram Atei Capitonis 'nondum frendentes, id est frangentes'. Ex Gloss. Abol., ni fallor, hausit Gloss. AA:

Nefrendes : infantes sine dentes.

Equidem nullo modo ausim tam tenuem glossam Festo adiudicare sola similitudine verborum fretus; sed nullo modo assentior Wessnero dum hanc ob causam glossam a Festo abiudicat, quia non ambae interpretationes exceptae sint. 'Quam interpretationem' (scil. Capitonis) inquit 'cur neglexisse putandus sit glossae auctor, si revera Festum exscripsisset (*sic!*), equidem non video' (p. 344). Videtur mihi v. d. nimis magni aestimare scientiam eius monachi cuius iussu congestae sunt Abolita glossae, nimis magni diligentiam monachorum iuniorum qui iussi glossas collegerunt, oblivisci vicissitudinum quibus sunt obnoxiae glossariorum glossae a scribis negligentibus transcriptae, a magistris per tot subsequentes annos refictae, divisae, in breviorē formam redactae. Si secum ea omnia reputaret, non postularet ut ipsa Festi verba tam accurate repraesentarentur, ut nemini nisi Festo ipsi possent ullo modo adiudicari. Ne in integra quidem Glossarii Abolita forma, quale primitus glossarium in lucem prodiit, credo Festum accurate esse exscriptum. Raro, ni fallor, ibi erant tam longae glossae quam Nequinunt (NE 22); saepissime brevia summaria, quae in codicis Festi marginibus adscripta erant. Longum est percurrere ea tot exempla in

Wessneri viginti octo paginis congesta. Satis habeo semel respondere mihi ne unum quidem videri adeo a Festi verbis abhorrere ut ex codicis Festini marginali adnotatione non collectum esse potuerit. Talia argumenta miror adhiberi :

Aliter Paulus interpretatur ' ; quasi non soleret Paulus ex diversis Festinis interpretationibus unam, saepe illam quidem deterrimam, eligeſe, ceteras tacere. Vel etiam : ' Festus aliter ' ; quasi non soleret Festus aliter in aliis eiusdem capituli partibus vocabulum tractare (v. g. in P-capitulo Porcae 244, 5 ' rari sulci qui ducuntur aquae derivandae gratia, dicti quod porcent, id est prohibent ' , 274, 19 ' quae inter duos sulcos fiunt, quod porrigant frumentum ' ; in R-capitulo Rica 342, 27 et 368,3 ; in S-capitulo Sacramentum 466,2 et 468,16 ; Scena 422, 33 et 444,8 ; Serpsit 472, 36 et 476,24 ; Sollers 372,30 et 384,35, etc.) De glossa Abolita (?) SA 17 :

Salacioribus (soloc-) velleribus : gratis (crassis) et asperis

minus confidenter loquor. Non est in Vat. 3321, non in Gloss. Ansil., sed in Cas. 439 solo, ubi inter alias Festinas stat. Certe nullus ei locus in Festi S-capitulo vacat (ubi 386, 27 Solox). Quis tamen nescit Festum nonnumquam vocabula in alienis capitulis tractare (v. g. Columbar in N-capitulo s. v. Navalis Scriba 168, 13 ; Planipes in O-capitulo s. v. Orchestra 194,6 ; Nis ' pro nobis ' in C-capitulo s. v. Callim 41,6 ; Cicur in I-capitulo s. v. Incicorem 95,23) ? Cur igitur non etiam Solox in alieno capitulo iterare potuit Festus ? Cur non saltem vocem ' solocioribus velleribus ' cum interpretatione eius usurpare, quemadmodum in C-capitulo s. v. Catulinam Carnem (39,8) interpretatus est vocabulum esitavisse ' id est comedisse ' ? Quam interpretationem Festinam, non Paulinam, fuisse declarat Gloss. Abba (= Abol. ?), siquidem inde glossam sumpsit Esitat : comedit.

Sed, utut res est, nihil est cur non eis glossis, sicut etiam Varrone ps-. Placido Isidoro, ad lacunas Festi supplendas utar, dummodo dea Prudentia rite adhibeatur. Quid nunc — fortasse rogas — de longioribus Abolita glossis quarum nihil simile in nostro Festi codice est ; quas glossas in Partem ii cuiusque capituli relegavi ? Quomodo possum demonstrare eas esse Festinas ? Demonstrationi, fateor, nullus est locus. Sed quoniam sine dubio Festus erat fons glossae longioris Nequinunt, neque demonstrari potest ullum alium talium glossarum fontem fuisse, saltem veri simile est Festum fuisse omnium fontem. Audi Gulielmum sapientem : ' Entia non sunt multiplicanda praeter necessitatem '.

De una tamen longiore glossa possum certius loqui. Glossam Abol. OS 3, quia longior est quam quae Vergiliana Terentiana Apuleiana esse possit, Festinam esse affirmavi. Et favente Fortuna id demonstrare possum. Glossa est :

Ostenta proprie appellantur quae se sine corporibus solidis hominibus ostendunt et oculis atque auribus obiciuntur, qualia quondam apparuerunt venatio in caelo, arma, Furiae, nocte lux, interdiu tenebrae.

Respice ad Festum s. v. Portenta (284, 30) :

Portenta rerum fieri dicuntur cum solida corpora quae raro se ostendunt apparent, ut cometae turbines barathra, tonitrua sereno caelo facta.

Nonne manifestum est ea omnia ex uno eodem loco prioris scriptoris — Tarquiti Prisci puta — esse extracta ? Eodem fortasse redit etiam Monstra (146, 32) :

Monstra dicuntur naturae modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quattuor alis, homo cum duobus capitibus, iecur cum distabuit in coquendo.

Meo igitur iure longioribus Abolita glossis, tamquam Festinis, locum in Parte ii capitulorum singulorum assignavi. Si dubitabis, Partem ii praeteribis ; te tamen, me iudice, adiumentis privabis non inutilibus ad Festum restituendum.

Iterum, lector, permitte mihi ut te moneam glossaria mediaevalia non eodem modo quo dictionaria hodierna esse facta, ne inveteratus ille error tuum animum adhuc teneat, et tecum sic disputes : ‘ Etiam si haec glossa Abolita Glossarii longior Ostenta (Abol. OS 3) ex Festo hausta est, cur non alias glossas longiores — Purpurilla (Abol. PU 11), Turturilla (Abol. TU 26), Tongiliatim Loqui (Abol. TO 18), etc. — ex alio fonte hausit doctus et laboriosus ille vir quem mihi in animo fingo glossarii conditorem fuisse ? ’ Quem tibi fingis, lector benevole, εἰδωλον est. Non sic — crede mihi tot annos glossariis scrutandis occupato —, non sic mediaevalia glossaria facta sunt.

Denique, ne expectes ampliorem glossarum ex Festo haustarum in meo apparatu messem, scito me non omnes ibi condidisse. Quid enim iuvet, v. g. ad 506, 13 (Vescor, pascor), glossam citare Vescitur : pascitur ? Habeant critici quod insectentur ; textus Festi neque emendetur neque confirmetur. Et ne queraris me non ampliore commentario de omnibus rebus a Festo tractatis fusius disputasse, sicut disputavit Mueller, scito me eiusmodi commentarium adiecturum fuisse nisi aliter bibliopolis esset visum. Neque ipse dubito quin apparatus meus, ad Festum imprimis restituendum confectus, etiam in commentarii partes vocari possit, dummodo ei adicias ea auxilia quae nunc in promptu sunt omnibus, dictionaria dico et encyclopaedias. Nempe alia tempora alias editoribus rationes operandi imponunt. Muellerei tempore, ante centum fere annos, non erat Thesaurus Linguae Latinae, non Encyclopaediae Paul. — Wiss.-Kroll. et Daremb.-Sagl., non ea tot doctrinae compendia quae nunc sunt. Non potuit igitur Mueller non multa lectorem docere, quae nunc in medio posita docenda vix videntur.

Ad S. Andreae Scotorum

W. M. LINDSAY.

MCMXXVIII.

FESTUS
DE VERBORUM SIGNIFICATU

EDIDIT, ADNOTAVIT

W.-M. LINDSAY

INDICES ADICIENDOS CURAVIT

A. THIERFELDER

SIGLA

Cf.	Confer, conferatur, etc.
Gl.	Glossa (-ae, etc.).
Gloss.	Glossarium (-ii, etc.).
Gloss. Fest.	Glossae quaedam cod. Vat. lat. 1469.
Schol. Isid.	Scholia quaedam cod. Vallicell. A. 18.
* *	Lacuna incertae magnitudinis.

Paginae huius libri numerantur (sed inter uncinos) et loci citantur secundum paginarum in editione Teubneriana minore numerationem.

Inter uncinos acutos < > stant ea quae adicienda videntur, inter quadratos [] quae adimenda, inter curvos () quae pro corruptis codicis lectionibus substituenda.

Duplicem I litteram scripsit (vel scribere voluit) semper Paulus, semper apographorum Festi codicis scriptores; sed ipse Festi codex plerumque (non tamen semper) 'alis' pro 'aliis', etc. exhibet. Exhibet etiam et 'Cato' et 'M. Cato', sed Paulus semper 'Cato'. Exhibet 'Opillus Aurelius' (cf. ad 308, 20), Sed Paulus aut 'Opilius' aut 'Aurelius'. Vix tamen sufficit unius codicis testimonium ad scribendi morem Festinum accurate restituendum. Nolui igitur in his nugis oleum et operam perdere. ~

FESTUS

A

I. EX PAULI DIACONI EPITOMA.

Augustus locus sanctus. Ab avium gestu, id est quia ab avibus significatus est, sic dictus; sive ab avium gust[at]u, quia aves pastae id ratum fecerunt. *Augur* ab avibus gerendoque dictus, quia per eum avium gestus edicatur; sive ab avium garritu; unde et *augurium*. *Auspicium*

ab ave spicienda; nam quod nos cum praepositione dicimus aspicio apud veteres sine praepositione *spicio* dicebatur.

Adfectare est pronum animum ad faciendum <quid occupandumque> habere.

Armillum vas vinarium in sacris; dictum quod *armo*, id est humero, deportetur.

Aerarii tribuni a tribuendo aere sunt appellati. *Aerarium* sane populus Romanus in aede Saturni habuit.

AUGUSTUS. Et ipsum Verrium Flacuum ab hoc vocabulo auspicatum esse veri simile est et Suetonium plenius quam Paulum Verrianum argumentum adumbrasse (Aug. 7): Praevaluit ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa et in quibus augurato quid consecratur augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu gustuve, sicut etiam Ennius docet scribens (Ann. 502):

augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Crede igitur mecum et tertium etymon 'ab auctu' et Ennii versum, quae ambo Suetonius habet, etiam in Verriano loco (et cur non in Festino?) fuisse. Cf. Serv. Aen. 7, 153: Nisi in augusto loco consilium senatus habere non poterat; Geo. 4, 228: Proprie augustum est tectum augurio consecratum; abusive nobile, quasi maiestatis plenum.

AUGURIUM. Quatenus a scholiis Vergilianis, quatenus a Festo pendeat Isidorus non liquet (Etym. 8, 9, 19): Auguria quasi 'avium garria'; hoc est avium voces et linguae; item augurium quasi 'avigerium', quod aves gerunt.

AUSPICIUM. Hinc videtur pendere Isid. (l. c.): Dicta autem sunt auspicia quasi 'avium aspicia'. Nam paulo aliter Serv. Aen. 3, 374: Dictum ab ave inspicienda, quasi 'avi-spicium'.

SPICIO. Cf. infra, s. v. Spicet (446, 2); Spiciunt (466, 14).

ADFECTIONE. Cf. Serv. auct. Aen. 3, 670 Adfectare autem quidam (i. e. Festus?) dicunt hoc esse: pronum animum habere ad faciendum quid occupandumque.

ARMILLUM. Hincine Gloss. Abol. AR 15 Armillum: vas vinarium? Cum doctrina Festi et doctrina ps. — Placidi saepissime ad eundem fontem, scil. glossographos veteres, redeant, potest etiam Festus ea hic posuisse, quae ponit ps. Plac., Armillum: vas vinarium; unde (Lucil. 767) «anus ad armillum». Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 547, 13): Armillum, quod est urceoli genus vinarii.

ARMO. Cf. infra, s. v. Tela (502, 7); Armita (4, 1); Arma (3, 24).

AERARIUS. Ipse Verrius (Festus quoque) aliter scripserat, ut puta: Aerarium populi Romani quod in aede Saturni est, etc. Hautsitne ex Festi sive hoc loco sive alio Schol. Isid.: Aedem Saturni a publica pecunia aerarium appellarunt quia pauperes adhuc Romani

Apricum locum, a sole apertum, a Graeco vocabulo $\phi\rho\acute{\iota}\kappa\eta$ appellatur quasi $\delta\text{-}\phi\rho\acute{\iota}\kappa\eta\varsigma$ id est sine horrore videlicet frigoris ; unde etiam putatur et *Africa* appellari. *Amoena* dicta sunt loca quae ad se amanda alliciant [id est trahant].

(Isid.) *Amoena* loca Varro dicta ait eo quod solum amorem praestant et ad se amanda adliciant. Verrius Flaccus quod sine munere sint nec quicquam his officia, quasi 'a-munia', hoc est sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur. Inde etiam nihil praestantes *im-munes* vocantur. *Aprica* loca quae sole gaudent, quasi $\acute{\alpha}\nu\epsilon\upsilon\ \phi\rho\acute{\iota}\kappa\eta\varsigma$, id est sine frigore ; sive quod sint aperto caelo. *Opaca* vero loca, quasi operto caelo, 'aprico contraria.

Adfecta femina vel in bonam partem dicitur velut honorata, <ut a **Plauto** (Rud. 418) « item ut adfectam »>, vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta <aut *mota animi*>.

Aquagium quasi ' aquae-agium ', id est aquae ductus, appellatur. *Aquaehicium* dicitur cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam [si creditur] *manali lapide* in Urbem ducto. *Aqua* dicitur a qua invamur.

Aqua et igni tam interdici solet damnatis quam accipiunt <ur> nuptae, videlicet quia hae duae res humanam vitam maxime continent. Itaque funus prosecuti redeuntes ignem supergradiebantur aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant *suffitionem*.

Axitiosi factiosi dicebantur cum plures una

aere utebantur ; et quod debebant aes alienum, quod possidebant aes suum dicebant ; unde et adhuc, quamvis mutatis speciebus, nomina tamen ipsa perseverant ? Cf. Varr. L. L. 5, 183 : Ab aere aerarium appellatum ; ibid. 181 : Quibus attributa erat pecunia ut militi reddant, tribuni aerarii dicti.

APRICA, AMOENA. Isidori locus (Etym. 14, 8, 33), quippe qui haec duo lemmata coniungat, manifestissime ex ipso Festo (saltem partim) sumptus est, non ex commentatoribus Vergilii (ad Aen. 5, 128 et 734 ; 6, 312 et 638), qui tamen ipsi ex Festo aut Verrio hauserunt. Verrius nomen Varronis intulerat, Festus Verrii.

Afr.] *Africa*, quod est calidior **Serv. auct.** (ad Aen. 5, 128). sine flatu et frigore **Isid. Diff.** (1, 42). et contra opacum condensum est et umbrosum, sicut et *Amoenum* **Isid. Diff.** (cf. Fest. 200, 5, qui locus fortasse huc revocand. : *Opaca* vocantur umbrosa).

ADFFECTA. Hinc Gloss. AA (= Abol.) *Affecta* : honorata, *Affecta* : in valetudinis periculum adducta aut *mota animi* in aliqua parte. Festum de *adfecta* femina disputasse neque Plantum citasse nolo credere ; nam ex versu illo Plautino tota pendet quaestio.

MANALI LAPIDE. Cf. infra, s. v. (115, 6).

AQUA. Aliter Varro L. L. 5, 122 : Aqua quod aequa summa (cf. Isid. Etym. 20, 3, 1 aqua generaliter vocata quod superficies eius aequalis sit ; hinc et aequora ; 13, 12, 1 ; 13, 20, 2). Et saepe Festus duo (vel etiam plura) etyma praebet e quibus unum (saepe quidem deterri-mum) excerpt Paulus.

AQUA ET IGNI. cf. infra, s. v. Facem (77, 21). Cf. Varr. L. L. 5, 61 : Causa nascendi duplex, ignis et aqua, ; ideo ea nuptiis in limine adhibentur, etc.

SUFFITIONEM. Cf. infra, s. v. Exfir (69, 29 purgamentum ; unde adhuc manet suffitio).

AXITES. dii] Chaldaei **Birt** (Phil. Woch. 42, 338). Hinc Gloss. Philox. AX 3 Axites ἀποτελεσματικά. Cf. Varr. L. L. 7, 66 : In Astraba « axitiosae annonam caram e vili concinnant viris » ; ideo in Sitellitergo idem ait « mulier est, uxorculavit. ego novi, scio axitiosa quam sit » ; Claudius scribit axitiosas demonstrari consupplicatrices, ab agendo

quid agerent facerentque. *Axit* autem dixisse antiquos pro egerit manifestum est ; unde *axites* mulieres sive dii (ali ?) dicebantur una agentes. <Plautus in *Astraba* (11) « *axitiosae annonam caram e villi concinnant viris* ». *Consupplicatrices dicit*> .

<*Axilitēs*.. *axillae*, ut Varro dicit..> . *Alites* volatu auspicia facientes istae [putabantur] : buteo sanqualis immusulus aquila vulturius.

Axamenta dicebantur carmina Salaria quae a Saliis sacerdotibus componebantur in universos [h]om[en]es composita <.. in sacris *Herculis*>. Nam in deos singulos versus ficti a nominibus eorum ap-

pellabantur, ut *Ianuli* (-uii), *Iunonii*, *Minnervii*.

Axis, quem Graeci ἄξονα dicunt, plures habet significationes. Nam et pars caeli septentrionalis, et stipes teres circa quem rota vertitur, et tabula sectilis axis appellatur.

Ador <vel *adoreum*> farris genus 'edor' quondam appellatum ab edendo, vel quod aduratur ut fiat tostum ; unde in sacrificio mola salsa efficitur. *Adoriam* laudem sive gloriam dicebant quia gloriosum eum putabant esse qui farris copia abundaret. <.. *Adoriosus* gloriosus..>

(Plin.) *Populum Romanum farre tantum ex frumento* ccc annis usum *Verrius* tradit.

axitiosas ; ut ab una faciendo *factiosae*, sic ab una agendo *axitiosae dictae*. Cum Gloss. AA (=Abol.) ex Festo haec sumpserit, 'A[n]x[itiosae] : consolatrices dicit', manifestum est Plautum a Festo citatum esse. Nimirum *Verrius* Ser. *Clodium* expilaverat.

AXIT. Cf. Non. 505, 27 : *Axim* egerim *Pacuvius Periboea* (298) « ut quae egi, ago vel *axim* verruncent bene ».

AXILITES. Antiquam vocabuli 'alites' formam, nimirum in priscis libris auguralibus repertam (nam consonantes priscis temporibus non geminabantur), hic tractatam esse a Festo testatur ipse ordo lemmatum (cum *Axitiosi* praecedat, sequantur *Axamenta*, *Axis*), neonon Gloss. Philox. (nimirum ex Festo) AN 144 A[n]xilites : ἄνιθες ὀλῶν (unde Gloss. Abba, *Anxilites* : aves, volucres ; Gloss. AA, *Anxilites* : aves auspicum).

AXILLAE. Cf. ad 23, 8, s. v. A[u]xilla. Hinc nimirum Gloss. Philox. AU 59 A[u]xillae : μικρὰ πτερά, ὡς Βάρρων (unde Gloss. Ampl. I *Auxillae* : alae minores). Nam Festus alio loco scripsit, s. v. *Oscines* (214, 17) : *Alites*, quae alis ac volatu, ut buteo sanqualis aquila immusulus vulturius. Cf. infra (519,5) *Vexillum* deminutivum est a velo.

ALITES. Paulum Diaconum satis fideliter Festum exscripsisse docet Serv. auct. Aen. I, 394 : Sane *alites* proprie dicuntur aves quae volatu auspicia faciunt, buteo sanqualis immusulus aquila vulturius. Huius doctrinae alias partes quas alphabetica dispositio separavit quaere s. vv. *Buteo* (29,12), *Sanqualis* (420,16), *Immusulus* (101,1)

AXAMENTA. Cf. infra, s. v. *Axare* (7, 27 nominare). univ. omnes] cf. Löfstedt (Glott. 3, 173) ; et de re Serv. auct. in Geo. 1, 21. Hinc Gloss. Philox. AX un *Axamenta* : στήχαι ἐπὶ θυαῶν Ἡρακλέους *Ianuli Iunonii*, <*Ianuli*> *Minervii* (cf. *Macrob.* 1, 9, 15 *Ianum Iunonium*) *Birt* (Phil. Woch. 42, 335). De aliis emendationibus cf. *Mesk* (ibid. 43, 143).

AXIS. Cum priore lemmate coniunge si *Verrius* 'axamenta' universos omnes deos comprehendenda ad illum usum vocis 'axis' revocat quem versus *Saliaris* testatur infra laudatus (24,6) : *Axe* adglomerati universi stantes.

ADOR. Hinc Gloss. Philox. AD 124 *Adoriosus* : ἔνδοξος, ὡς Πομπήιος, *Ador*<ia> : νίκη, ὡς Πομπήιος, et fortasse AD 132 *Ador*[ia] : εἶδος σίτου ; Abol. AD 5 *Adorium* : farris genus. Etiam *Isid. Etym.* 17, 3, 6, ni fallor (haec saltem) : *Ador* quondam appellatum ab edendo quia eo primo usi sunt homines, sive quia in sacrificio ipsius generis

Arma proprie dicuntur ab *armis*, id est humeris, dependentia, ut scutum gladius pugio sica ; ut ea quibus procul proeliamur *tela*.

Armita dicebatur virgo sacrificans cui lacinia togae in humerum erat reiecta. Legibus enim Laurentum sanctum est ne pomum ex alieno legatur « *in armum* », id est quod humeri onus sit.

Armentum id genus pecoris appellatur quod est idoneum ad opus armorum. Invenies tamen feminine *armentas* apud Ennium positum (Ann. 598.) :

<ipsius ad armentas eosdem>.

Album, quod nos dicimus, a Graeco quod est *ἄλφόν* est appellatum. Sabini tamen *alpum* dixerunt ; unde credi potest no-

men *Alpium* a candore nivium vocitatum.

Albesia scuta dicebantur quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt. Haec eadem *decumana* vocabantur quod essent amplissima, ut decumani fluctus.

Albiona (?) ager trans Tiberim dicitur a luco *Albionarum* (?) ; quo loco bos alba sacrificabatur.

Albula Tiberis fluvius dictus est ab albo aquae colore. *Tiberis* autem a Tiberi<n>o Silvio rege Albanorum quod is in eo extinctus est.

Ambo ex Graeco dictum videtur quod illi *ἄμφω* dicunt.

(Charis). Helenius Acron. Verrium dicit errare qui putat hos ambo dici debere.

panis ad aras offerebatur ; unde et adorea sacrificia dicuntur. Isidori illud 'ad aras' potest a prava lectione eius exemplaris, ut puta 'adaratur', esse orta. Ex Plin. N. H. 18, 62 addidi Verrii verba quae huc fortasse sunt revocanda. mola salsa] cf. infra, s. v. Mola (124, 13).

ARMA. Hinc gl. decurtata Abol. AR 7 Arma : proprie dicuntur ab armis.

TELA. an <τῆλόθεν, id est> procul (cf. infra, s. v., 502, 4) ? Solent enim Graeca verba intercidere, Latina interpretamenta superesse (ut 6, 6).

ARMITA. virgo] sc. Vestalis. Cf. Dragendorff (Rhein. Mus. 51, 285). Hinc Gloss. Philox. AR 41 Armit [i] ἄ : θυσία <ζουσα>. Incertae originis est AR 37-38 Armites : ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει, παράταξις ἐνόπλων. Corrige Thes. Lat. (Abstr. AR 38) Armitenens : armpotens.

ARMUS. Cf. supra, s. v. Armillum (2, 12).

ARMENTUM. Addiditne Festus etiam Varronianum etymon ? Cf. Varr. L. L. 5, 96 : Armenta, quod boves ideo maxime parabant ut inde eligerent ad arandum ; inde 'arimenta' dicta, postea I tertia littera extrita. Nam idem exhibet Isidorus (Etym. 12, 1, 8).

ALBUM. Cf. infra, s. v. Vitiligo (507, 15 in corpore hominis macula alba quam Graeci ἄλφόν vocant ; a quo nos album). Alb.] i. e. alba macula. Cf. 28, 14, s. v. Basiliscus. alpum] expectes alium. Cf. Conway (Ital. Dial. 309 A). Ex Glossario Abstrusa (non Abolita) pervenit (primitus ex scholio ad Verg. Ecl. 10, 23) gl. Abavus AL 44 Alpes : nives. Vera enim eius forma est (NI 27) Nives : Alpes. (Cf. Schol. Turonens. ad Verg. l. c. Nives vel hiemes vel Alpes intellege).

ALBESIA. Suspicio Festum (Verrium saltem) de ea differentia disputasse de qua Varr. L. L. 8, 35 : Cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses. Ab Ennio abiudicant, Lucilio addicunt docti, sed sine causa idonea, hemistichium fictum (1150) : decumana Albesia scuta.

DECUMANA. Cf. infra, s. v. Decumana Ova (62, 27 dicuntur, et decumani fluctus, quia sunt magna).

ALBULA. Cf. infra, s. v. Tiberis (503, 3 fluvius dictus a Tiberino rege Albanorum quod in eo cecidisset ; Tybris a Tybri rege Tuscorum). Hinc Gloss. AA (= Abol.) Albula : fluvius Italiae, id est Tiberis ; olim ab aqua sic nominabant (-natus ?).

AMBO. Charis] p. 119, 9 K.

Ambactus apud Ennium lingua Gallica servus appellatur (Ann. 605) <« ambacti », id est servi coloni, « lixae »>.

Am praepositio loquularis significat circum; unde supra servus *ambactus*, id est circumactus, dicitur.

Ambest <circumest> ita tertiae personae verbum est ut nullam aliam habeat declinationem.

Ambegni bos et verbix appellabantur cum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur.

'*Ambidens*' sive *bidens* ovis appellabatur quae superioribus et inferioribus est dentibus.

« *Abemito* » significat demito vel auferto. *Emere* enim antiqui dicebant pro accipere.

Ambarvales hostiae appellabantur quae pro arvis a duobus (Duodecim) Fratribus sacrificabantur.

(Macrob.) *Ambarvalis* hostia, ut ait Pompeius Festus, quae rei divinae causa circum arva ducitur ab his qui pro frugibus faciunt.

Amburb[us]ales hostiae dicebantur quae circum terminos urbis Romae ducebantur.

Ambustus circumustus.

Ambitus proprie dicitur circuitus aedificiorum patens in latitudinem pedes duos et semissem, in longitudinem idem quod aedificium; sed et eodem vocabulo crimen avaritiae vel affectati honoris appellatur.

AMBACTUS. Hinc Gloss. Philox. AM 11 *Ambactus* : δοῦλος μισθωτός, ὡς Ἐννιος; Gloss. AA (= Abol.) *Ambactus* : servus Gallice, *Ambacti* servi coloni *lixae*. Hanc glossam sic intellego : Ennianum est « ambacti, lixae »; *ambactus* autem proprie dicitur servus coloni, sicut hodieque Cambrobritannice 'amaeth', id est arator. Nam Ennium hanc ipsam formam *ambacti* (nom. plur. vel etiam gen. sing.) adhibuisse declarat Gloss. ps.— Placidi *Amb<act>i* : servi.

AMBEST. Hinc nimirum Gloss. AA (= Abol.) *Ambest* : circumest. Festus vix potuit illud *ambest* ad verbum sum referre (cf. Postgate, Class. Rev. 16, 111), nullo modo Verrius. declin.] i. e. non 'ambēdit'.

AMBEGNI. Formae 'ambiegni' favet cod. Varronis L. L. 7, 31 (*ambieгна*. bos); 'ambigni' codd. Fulgentii Serm. 6 (oves *ambignas*). Ex Fulgentio hauserunt Gloss. Vat. 1468 (*ambignae* oves), Gloss. Cas. 90 (*abiegenae* oves).

AMBIDENS. Suspicio Verrium sic scripsisse : *Bidens*, quasi 'ambidens'. Noli igitur credere illud *ambidens* verum esse Latini sermonis vocabulum.

BIDENS. Cf. infra, s. v. *Bidental* (30, 17), ubi diversum etymon profertur : *Bidentes* autem sunt oves duos dentes longiores ceteris habentes.

ABEMITO. Cum praecedentibus (et sequentibus) coniunge si verbum, *ambemo* in initio lemmatis stetit, forma scilicet a Festo improbata. Hinc fortasse Gloss. Philox. AB 28 *Abemit* ab ea : accepit, ἐλαβεν. Triane illa verba citata erant a Festo ex vetere scriptore?

EMERE. Cf. infra, s. v. (66, 21) quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro sumere).

AMBARVALES. Macrob.] 3, 5, 7. Licet Macrobiana ad hunc locum referre, cum Festus saepissime plura scripserit quam excerpserit Paulus. Licet ea ad alium locum, cum saepe bis vel etiam ter eandem rem Festus tractaverit.

AMBURBALES. Huic formae favent Servii codd. ad Ecl. 3, 77 : *Amburbale* vel *amburbium* dicitur sacrificium quod Urbem circuit et ambit victima. (Cf. infra, 16, 9 *amburbium*). Sicut Servius, nimirum Festus duo sacrificia 'ambarvale' et 'amburbale' una commutatione coniunxit.

AMBITUS. Cf. infra, s. v. (15, 20). Cf. Varr. L. L. 5, 22 : *Ambitus* circuitus; ab eoque Duodecim Tabularum interpretes « ambitus parietis » circuitum esse describunt.



Adolescit a Graeco ἀλδήσκω, id est adresco, venit. Unde fiunt adultus, adulescens ; *altare*, eo quod in illo ignis exrescit ; et *exoletus* qui excessit olescendi, id est crescendi, modum ; et *inolevit*, id est crevit. *Altaria* sunt (alii interpretantur ?) in quibus igne adoletur.

Aliuta (?) antiqui dicebant pro aliter, ex Graeco idallios (ἰδαλλίως) transferentes. Hinc est illud in legibus Numae Pompili (15) : Si quisquam aliuta faxit, ipsos Iovi sacer esto.

Astu apud poetas astutia[m] significat, cuius origo ex Graeco [oppido] ἄστυ deducitur ; in quo qui conversati assidue sint, cauti atque acuti esse videantur. *Astutus* arte (astu) tutus.

Algeo ex Graeco ἀλγῶ ducitur, id est doleo ; ut sit frigus dolor quidam membrorum frigore coniectus.

Ast significat at, sed, autem.

Anus dicta est ab annorum multitudine, quoniam antiqui non geminabant consonantes ; vel quod iam sit sine sensu, quod Graece dicitur ἄνους.

Amussim regulariter ; tractum a regula ad quam aliquid exaequatur, quae amussis dicitur. Quidam amussim esse dicunt [non] tacite, quod *muttire* interdum dicitur loqui.

Adgretus (ag-), apud Ennium (Ann. 588) « adgretus fari » pro eo quod est adgressus ponitur ; quod verbum venit a Graeco <ἐγείρωμαι> [surgo].

ADOLESCIT. Expectes in initio vocem a litteris AL- incipientem. An 'Αλδήσκω ? An Alesco ? Cf. Varr. ap. Censor. 14, 2 : (Varro putat..) adulescentes ab alescendo sic nominatos. Ecce diversa vocabula sub eodem lemmate, more Varronis in Ling. Lat., tractata neque adhuc per alphabeticam dispositionem disiecta. Sed Exoletus in suo proprio capitulo recurrit (70, 17 qui adolescere, id est crescere, desiit). Fortasse etiam Inolevit (apud Festum ; Paulus enim non conservavit). Cf. infra, s. v. Suboles (402,19) ; Indoles (94, 12). adoletur] an addend. <id est augetur> ? Cf. Serv. auct. Aen. 1, 704 (flammis adolere Penates) : Adolere proprie est augere ; in sacris autem κατ'εὐφημισμὸν adolere per bonum omen dicitur ; nam in aris non adolentur aliqua sed cremantur et consumuntur.

ALTARIA. Cf. infra, s. v. (27, 1).

ALIUTA. Illud ' Aliutea ' in codice saec. xri. Ambrosiano repertum a Loewe (Prodr. 142) nihil est nisi prava transcriptio glossarum Ansil. AL 252-253 nequē ullam causam praebet cur praeferas formam ' ali- utei ' (cf. ' aliubei ' id est alibi, in Lege Agr. [Corp. I 200] 86) Cf. ita.

ASTU. Hincine Gloss. Ampl. II. (= Abol.) Astu : ingenio vel astutia ?

ALGEO. Nescio an per illud algu (abl. sing.) veterum poetarum a lemmate Astu ad lemma Algeo Verrius devenierit.

AST. cf. Klotz (Herm. 61, 33).

ANTIQUI NON GEMINABANT CONSONANTES. Cf. infra, 17, 22 ; 41, 21 ; 75,9 ; 222, 27 ; 244,2 ; 262, 18 ; 374,6 ; 484,7.

ANUS. mult.] quasi annosa add. Isid. (Etym. 11, 2, 28 anus dicitur sola mulier ; anus autem appellata a multis annis, quasi annosa. Nam si commune esset nomen, cur diceret Terentius [Eun. 357] : senem mulierem ?).

AMUSSIM. Hinc (ex prava lectione ' Amussi ') Gloss. Ab Abs. (=Abol.), Amusus : tacitus, non mutiens. Cf. infra, s. v. Examussim (70,21).

ADGRETUS. Res perobscura, quae tractatur etiam infra (68,14 Egretus et Adgretus) ; ubi vide ea quae dixi. Quam quidem sic explicare voluerim : Ennium in fine cuiusdam Anna- lium versus " adgrētūs fari " scripsisse ; unde facta sit illa mira, et, ni fallor, unica forma quaesisse viros doctos ; ad titulum Accii fabulae Nyctegresia confugisse et ad Homericum

Agnus ex Graeco ἀμνός deducitur ; quod nomen apud maiores communis erat generis, sicut et *lupus*, quod venit ex Graeco λύκος.

Aegrum ex Graeco ἀνιγρόν appellatur ; a quibusdam putatur a voce doloris appellari, quod est αἰ.

Annus ex Graeco venit, quem illi ἔρον dicunt ; et quod nos trimum, illi dicunt τριέρον.

Alterum Sinius ait idem significare quod apud Graecos ἕτερον. Quidam vero ex utroque esse compositum, ἄλλος et ἕτερος. Alter et pro non bono ponitur, ut in auguriis altera cum appellatur avis quae utique prospera non est ; sic *aliter* nonnumquam pro adverso dicitur et malo.

Alies dies dicebatur apud Romanos obsce-
nissimi ominis, ab Allia fluvio scilicet, ubi Romanus fusus a Gallis exercitus est.
(Gell.) Verrius Flaccus in quarto de Ver-

borum Significatu dies qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse scribit. Urbe, inquit, a Gallis Senonibus recuperata, L. Atilius in senatu verba fecit Q. Sulpicium tribunum militum ad Alliam adversus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse ; tum exercitum populi Romani occisione occisum et post diem tertium eius diei Urbem praeter Capitolium captam esse ; compluresque alii senatores recordari sese dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina postridie Kalendas, Nonas, Idus a magistratu populi Romani facta esset, eius belli proximo deinceps proelio rem publicam male gestam esse. Tum senatus eam rem ad pontifices reiecit, ut ipsi quod videretur statuerent. Pontifices decreverunt nullum his diebus sacrificium recte futurum.

ἐγρετο ; ficticiam formam ‘ egrētus ’ ad explicandam veram formam adgretus adhibuisse. Quae tamen omnia cadant necesse est si ps. — Placidus, qui ipsa verba scriptorum veterum proferre solet, formam egretus revera profert in loco glossarii sui corrupto (Egregius : erectus, evigil, Expergito : velut somno ablato), quem alii aliter emendaverunt.

AGNUS fem., LUPUS fem. Cf. *infra*, 248, 6 ; 136, 16 ; 364, 7. Aliud etymon profertur *infra* s. v. (13, 15 ἀπό τοῦ ἀγροῦ).

AEGRUM. Cf. gl. dubia Abol. (in serie Festina, ut vid.) AG 13 Aegrum : <a>nigrum (Atrum : nigrum Goetz). Potest Verrius a Graeca voce incepisse.

ANNUS. Sane videri potest ex Festo sumptus esse locus Isidori (Etym. 5, 36, 1) : Annus autem dictus quia mensibus in se recurrentibus volvitur ; unde et annulus, quasi annuus, id est circulus, quod in se redeat. Nam habet doctrinam Varronis (L. L. 6, 8) : Tempus a bruma ad brumam dum sol redit vocatur annus, quod ut parvi circuli anuli, sic magni dicebantur circites ani, unde annus (cf. Isid. Nat. Rer. 6, 2). Venit tamen revera ex Servio ad Aen. 1, 47 et 269, sicut ea quae in Isidoro sequuntur ex Servio in Aen. 5, 85. Atei Capitonis doctrinam conservavit Macrobius (1, 14, 5) : Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia veteres an pro circum ponere solebant, etc.

ALIESIS DIES Cf. 348, 26, s. v. Religiosus. Prisca forma exhibetur, nam in errore est Servius (ad Aen. 7, 717 infaustum interluit Allia nomen) : Sane ‘ Allia ’ additum unum l. propter metrum, ut ‘ reliquias ’ ; Lucanus bene posuit (7, 633) « quas Aliae Clades » (*leg. al-*). Verrii verbis (ap. Gell. 5, 17) hunc commentum, si non verum locum concede. Cf. *infra*, s. vv. Nonarum Iduum Kalendarum Dies (186, 26) ; Religiosus (348, 26). Sunt qui ingeniose coniecerint Verrium a praecedente lemmate sic pervenisse, ut puta : Alter pro non bono ; ergo non ‘ atri dies ’ sed potius ‘ alteri dies ’ ; qualis est dies Alliensis.

Allecti dicebantur apud Romanos qui propter inopiam <patriciorum> ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti. Nam *patres* dicuntur qui sunt patricii generis ; *conscripti*, qui in senatu sunt scriptis adnotati.

Altercatio iurgatio ; *alternatio* per vices successio.

Alma sancta, sive pulchra, vel alens ; ab alendo scilicet.

Altellus Romulus dicebatur, quasi altus in tellure, vel quod tellurem suam aleret ; sive quod aleretur telis ; vel quod a Tatio Sabinorum rege postulatus sit in

conloquio pacis, et alternis vicibus audierit locutusque fuerit. Sicut enim fit diminutive a macro macellus, a vafro vafellus, ita ab alterno altellus. *Altus* ab alendo dictus ; alias ab altitudine altus.

Alterplicem duplicem. *Alterta* alterutra.

Alcedo dicebatur ab antiquis pro alcyone, ut pro Ganymede *Catamitus*, pro Nilo *Melo*.

Alica <sine adspiratione> dicitur quod alit corpus. *Alicariae* meretrices appellabantur in Campania solitae ante pistrina alicariorum versari quaestus gratia ; sicut hae quae ante stabula sedebant dicebantur *prostibula*. <.. Plautus (Poen. 266)>

ALLECTI. Inop.] inopiam patriciorum infra (304, 27), Cf. infra, s. v. Conscripti (36, 16) : s. v. Qui Patres Qui Conscripti (304, 25).

ALMA. scil. Venus (cf. pulchra) ? Hincine Gloss. Philox. AL 56 Αἶμα : κλυτή, ἀγνή, ὥραία, θρέπτειρα ?

ALTELLUS. Videlicet ex Festo hausit Gloss. Abba (= Abol.) Altellus : terra (-ae) nutritus, Al[ci]tellus : alte educatus (edoctus). Et gl. Philox. unde venit Gloss. Nom. Altellus : altus diminutive. Nam unus Verrius hoc nomen nobis conservavit. Sane placet ea interpretatio quae est in Gloss. Nom., quasi alumnulus (cum Remo) ; sed hoc glossarium saepissime latinograeci Glossarii Philoxeni verba male accepit. Cf. Herbig (Berl. Phil. Woch. 36, 1480).

ALTERPLICEM. Nimirum ex eodem veteris scriptoris loco prolatum ex quo ps.-Placidus Altriplicem (*var. lect.* ?) : duplicem, dolosum. Suspicio a gl. Philox. (male accepta) profectum illud quod ex fragmento Bernensi extraxit Loewe (Prodr. 160) Alterplex : alterna.

ALTERTA. Sicut dextera, dextra, sinistra, sinistra, ita altertera, altertra extitisse possunt ; nam syncopen ' alter(u)tra ' sibi habeat philologus Procrustes. Sed cur non etiam alterta (C. I. L. VI 9663, 12), ut increbesco, praestigiae ?

ALCEDO. Infra (16, 28) etiam Alumento (pro Laumedonte). Quae Varro de alcyone disputat (L. L. 7, 88 haec enim avis nunc Graece dicitur ἀλκυών, nostri alcedo ; haec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies Alcyonia appellant), ea etiam Festus aliquam partem hic (vel alibi) exhibuisse potest (cum citatione Plauti Cas. 26 vel Poen. 356) siquidem ex Festo hausit Gloss. AA (= Abol.) Alcedo : avis dicta <ἀλκυών> apud Graecos, quae in mari nidificat ; Gloss. Philox. TR 33 <Alcedo : >ἀλκυών ἀρχαίως, <Alcedonia : >tranquilla, γαλήνη.

CATAMITUS MELO. Cf. infra, 38, 22 ; 16, 29 ; 111, 24.

ALICA. Cf. Charis. 96, 9 : Alicam sine adspiratione dictam Verrius tradit ; et sic multi dixerunt, nisi quod Lucilius XV (496) « nemo est halicarius posterior te » cum adspiratione dixit ; Vel. Long. 68, 18 : Dicimus halicam et haliculam, cum ab alendo possit alica dici et aliculam existiment dictam quod alas nobis iniecta contineat.

ALICARIAE. Quis dubitat quin Festus et hic et infra (252, 14 Prosedas.. Prostibula) eum Plauti versum laudaverit quem alio loco (442, 11) laudavit ? (Poen. 266) :

Prosedas, pistorum amicas, reliquias (reginas ?) alicarias.

Almities habitus almarum rerum.

Allus pollex <**pedis**> scandens proximum digitum ; quod velut insiluisset in alium videatur, quod Graece ἄλλεσθαι dicitur.

Alveolus tabula aleatoria.

Alvus venter feminae ab alendo dicta. Est enim generis feminini. <**Masculini**>

Angor, id est animi vel corporis cruciatus, proprie a Graecis anchedellin (συνάγχη?), id est strangulatione, dictus. Unde et faucium dolor *angina* vocatur.

Antigerio (-teg-) antiqui pro valde dixerunt.

Antehac Terentius pro antea ponit.

Anteurbana praedia Urbi propinqua.

Antarium bellum quod ante Urbem geritur.

<**An**> *axare* (anx-?) : nominare..

Antipagmenta (-tep-) valvarum ornamenta, quae antis adpinguntur, id est adfiguntur. *Antefixa* quae ex opere figulino tectis adfiguntur sub (super ?) stillicidio.

Aureax auriga. *Aureas* enim dicebant frenum, quod ad aures equorum religabatur ; *orias*, quo ora cohercebantur.

ALMITIES. Festum adiecissem crede ut puta 'apud veteres scriptores', 'in precibus veterum', et significationem vocabuli fusius tractasse, siquidem ex Festo hausit Gloss. Philox. AL 57, 59-60 Almities : αὔξησις ἀρχαίως, Almities : κάλλος, ἀνατροφή, ἀναγωγή. Potest tamen etiam ex Charisio (39, 24 : Almities almitiei ἐμπρέπειαι) hausisse Philoxenus. ALLUS. Cf. infra, s. v. Hallus (91, 1 pollex pedis scandens super proximum). Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Allux : pollex in pede.

ALVEOLUS. -lum Paul. (qui in hac re negligentior esse solet ; cf. tamen 169,8).

ALVUS. Coniunge cum priore lemmate si credis Festo Isidorum usum in Differentiis (2, 68) : Alvus dictus eo quod in eum quasi in alveum humor cibo permixtus defluat. Cf. Serv. Geo. 2, 453. || gen. fem.] De genere vocabuli si dixit Festus, exemplum masculini generis videlicet addidit. Cf. Non. 193, 22 : Alvus generis feminini.. masculino Accius in Annalibus (7) « ut quam fragilissimus alvos » et alius auctoritatis obscurae « Maia nemus retinens gravido concepit in alvo » ; Serv. Aen. 2, 51 : Plautus (Pseud. 823) masculino ait genere, quo non utimur.

ANGINA. Hincine Gloss. AA (= Abol.) Angina : συνάγχη, strangulatio ; Gloss. Philox. AN 50 Angina : συνάγχη, κόναγχος ?

ANTIGERIO. valde] adde <perquam, admodum>, si venit ex Festo gl. AA (= Abol.) Antegerio : perquam, admodum. Cf. ps. -Plac. Antigero : vel quem (i. e. aliquem ad modum vel inprimis. Cf. Quintil. Inst. 8, 3, 25 ; 1, 6, 40. Perit interpretatio in gl. Philox. (hinc sumpta ?) AN 92 Antigero.

ANTEHAC. Terentius saepe, et Plautus, alii. ANTARIUM. Hinc Gloss. Cyrill. (= Philox. AN 83) Antarium bellum : ὁ πρὸ τῶν πυλῶν πόλεμος. Non est cur credamus Festum in errorem Servii aucti incidisse (ad Aen. 11, 156 ; Bellum antarium vocari solitum quod sit ante urbem, quasi ante aras).

ANAXARE. Axare codd. Ex Festo nimirum hausit Gloss. Philox. AN 7 Anaxant : ὀνομάζουσιν. Et ex Gloss. Philox. (ut puta Anaxati : ὀνομασθέντες) Gloss. Abba Anxati : vocati, nominati. Certius est igitur tert. plur. ind. et nom. plur. part. pass. Festum memoravisse quam infinitivum. Sed qua forma ? Ax- ? At vicina lemmata a litteris an- incipiunt. Anx- ? At illud axamenta (3, 12) potest nominationes, invocationes significare. Restat igitur composita, an-axo.

AUREAX. Ex Festo Gloss. Philox. AU 67 Aureax : solitarius ἱππαστής (unde Gloss. Abba Aureax : eques solitarius).

AUREAS. Cf. 24, 24, s. v. || dicebatur Paul. (qui solito more acc. cas. pro nom. duxerat). OREAS. Cf. 196, 36, s. v. Cf. Schol. Juv. 6, 345 dicebant.. auriga atque origa (cf. Arch. Lat. Lex. 1, 290).

Auritus a magnis auribus dicitur, ut sunt asinorum et leporum ; alias ab audiendi facultate.

Aurum dictum quia praecipue custoditur ; Graece enim ὤρεῖν custodire dicitur, unde et *thesaurus*. Hippocrates medicus de nomine inventoris id dictum putat, quem vocitatum ait Aurion. Quidam ad similitudinem aurorae coloris nomen traxisse existimant ; nonnulli, quia mentes hominum avertat ; alii a Sabinis translatum putant, quod illi *ausum* dicebant.

Aurichalcum vel orichalcum quidam putant compositum ex aere et auro ; sive quod colorem habeat aureum. *Orichalcum* sane dicitur quis in montuosis locis invenitur ; mons etenim Graece ὄρος appellatur.

Acus dicitur qua sarcinatrix vel etiam orna-

trix utitur. Paleae etiam quaedam de frumento *acus* dicuntur. Exercitus quoque instructio, quod ea pars militum vehementissima est ad hostem vulnerandum acumine telorum. Totum autem ex Graeco sermone trahitur, quoniam sarcire apud illos ἀκτέσθαι, dicitur.

Assiduus dicitur qui in ea re quam frequenter agit quasi consedissee videatur. Alii assiduum locupletem, quasi multorum assium, dictum putarunt. Alii eum qui sumptu proprio militabat, ab asse dando vocatum aestimarunt (exist- ?).

Andruare, id est recurrere, a Graeco verbo ἀναδραμεῖν venit. Hinc et *drua* (?) vocata est. *Amtroare* (ant-γ) gratias referre. <amtroato : exultato>. *Truant* moventur. *Truam* quoque vocant quo permovent coquentes exta.

AURITUS. Vid ad Aurichalcum (infra). Cf. Gloss. Philox. AU 89 Auritus : ὠτοπετής, ὠτοπόροχος ὀξυακκουσίλογος. Laudavitne Festus Plautum (ut infra, 188,9) ? Cf. Macrob. 6, 5, 6 : « Auritos lepores » non Maro primus usurpavit, sed Afranium sequitur qui in prologo ex persona Priapi ait « nam quod vulgo praedicant aurito me parente natum, non ita est ».

AURUM. Cf. 22, 5. thesaurum Paul. (suo more confundens casus vel scribendi notas). Hypsicerates Scal. (cf. Funaioli, p. 108). Diversae etymologiae, ab aura, favit Vergilius (cf. Serv. ad Aen. 6, 204).

AURICHALCUM. Fortasse cum priore lemmate coniungendum. Et certe quidem si eadem hic Festus tractavit quae infra (196, 27 auri, quod rustici ὄrum dicebant) ; etiam lemmata Aureax, Auritus (cf. ibid. ut auriculas, oriculas). De forma aurichalcum (quam solam Plautus novit) et doctiore forma ὀrichalcum (Vergilii, Horatii, etc.) vid. Thes. Ling. Lat.

ACUS. <Acies> exercitus Scal. (cf. Kretschmer, Glotta 6, 30). Alia etymologia infra est (23,6), s. v. Acies.

ANDRUARE. Trium huius vocis Saliorum formarum, andruare, antruare (ant-, -tro-), amptuare, prima (cf. Thurneysen, Kuhn Zeitschr. 32, 562, de quadrus, 'triquetrus') in Graeco verilloquio niti visa est, reliquae eandem varietatem quam amtermini (ant-), amptermi (16, 8) exhibent ; omnes nimirum in libris veteribus apparuerunt. Primam proferit Nonius (165, 16), grammatico nescioquo usus, ex Lucilio (62) et Pacuvio (105) ; sed eos versus Festus cum memorat infra s. v. Redantruare (334, 19), tertiam formam scribit (et in lemmate, Redantruare, alteram). Ex hoc priore Festi loco hausit Gloss. Philox. (sed insipienter) AN 127 Antruare : σπηλεῦσαι (cf. AN 128 Antrum : σπηλαῖον), AN 43 Andruare : ἀνδριζεσθαι. Etiam Gloss. AA (= Abol.) Amtorbato quibus exultato (alii aliter emendaverunt) ; sed ex Fest. 334 Antruare : non (leg. motus ?) dare. || Antroare Paul. amtroato exultato addidi ex Gloss. AA (= Abol.) (ubi fort. -tro- ex -tru- erat correctum). Sed alio loco habet Gloss. AA (= Abol.) Redantruare : gratiam referre. Vide igitur

Acupedi[um] .. cui praecipuum erat in currendo acutnen pedum.

Adrumavit rumorem fecit, sive commurmuratus est. Quod verbum quidam a *rumine*, id est parte gutturis, putant deduci. <.. *Conrumant*>.

Acieris securis aerea qua in sacrificiis utebantur flamines seu (?) pontifices. <*Plautus*..>

Aplustria navium (-is) ornamenta. Quae quia erant amplius quam essent necessaria usu etiam a [m]plustria dicebantur. <*Ennius*..>.

Agina est quo inseritur scapus trutinae, id est in quo foramine trutina se vertit. Unde *aginatores* dicuntur qui parvo lucro moventur.

ne sic melius Festi locus adumbretur, ut puta : Amtroare (ant-) dicitur a Saliis.. amtroato quibus exultato, unde apud Pacuvium redantruare gratiam (-as) referre. . antruant, quasi circum 'truant', id est moventur, etc.

ACUPEDUM. Glossa perobscura ; et quot homines, tot sententiae. Equidem duo haec mihi persuasa habeo, tum ps- Placidum ipsa verba veterum scriptorum proferre, tum hoc verbum semel modo repertum, et ad eundem locum et Festum et ps.- Placidum spectare. Testimonia igitur sic exhibeo : (1) ps. -Plac. Acupedium : velocitate pedum, acumine (agmine codd. Adde vel subaudi 'praeditum') ; (2) Gloss. Cyrill. (= Philox., ex hoc loco Festi) Acupedium : ὀξύποδ[ι]α ; (3) Paul. Acupedius dicebatur cui. etc. ; (4) Fest. (vel Festi codd. aliquot) Acupedium etc. Gloss. Serv. Gram. ex Gloss. Philox. sumptum esse, Gloss. Scal. Scaligeri coniecturam praebere vix est cur moneam. Illud tamen monendum, ps.-Placidum pro interpretationibus glossas marginales in suis veterum scriptorum libris adscriptas, et illas quidem saepe insipientes, saepius a veteribus glossographis traditas exhibere.

ADRUMAVIT. conrumant addidi (fortasse alieno loco) ex gl. decurtata Abol. (in serie Festina) CO8 Conrumant contio ubi vo... Ex Festo videlicet hausit Gloss. Cyrill. (= Philox.) Adrumo, conrumo : φημιζω. Ex commentario Vergilii Gloss. Abstr. AD 85 Adrumavit : rumorem attulit. Utrum verbum conrumo (sed qua forma non constat) ps.- Placidus in vetere scriptore invenerit satis incertum est (cf. Thes. Gloss. s. v.).

RUMEN. Cf. infra, s. v. (332, 15).

ACIERIS. Ex Festo hausit Gloss. Philox. AC 27 Acceres : ἀξίνη ιεροφάντου, ὡς Πλαῦτος Ex Gloss. Philox. vix venisse potest Gloss. Abba (cum Gloss. AA) Acerlis (vel Acersu) : securis quam flamines seu pontifices habebant. Immo glossa Abol. est et ex Festo excerpta, sed quantum mutata non liquet. flam. seu pont. Gloss. Abol. (ut vid.) : sacerdotes Paul.

APLUSTRIA. Duae glossae sunt in Gloss. Philox., AP 7 Aplustra : περὸν πλοῦς, ὡς Ἐννίος, AP 32 Aplustra : ἀφλαστος καὶ τὸ ἄκρον τῆς πλώρας. Quarum illam esse Festinam, oredo, hanc Iuvenalianam (cf. Schol. Iuv. 10, 186 aplustre] tabulatum ad decorandum superficies navis adpositum ; alii dicunt rostra navis ; ornamentum puppis ; ἀφλαστα) Ex Festo nimirum Gloss. Abol. AP 5 Aplustria : ornamenta navis.

AGINA. Hinc Gloss. Abol. AG 15 Agina : ictus (?) vel qua trutinae <pensio> perspicitur. Ex Schol. Verg., ni fallor, Gloss. Abstr. AG 14 Aginantes : explicantes (?). Ex Festo possunt venire glossae (aliquot, si non omnes) Glossarii Philox. AG 20, 28, 27 Aginat : διαπράσσειται, στρέφει, μηχανάται, Aginat : στραγγεύει, Aginare (-ri) : στραγγευσθαι Earum ex ultima, ni fallor, Gloss. Aff. (cum Gloss. Ampl. II) Acinari : tricari, [in parvo morari. In script. vet. reperit ps. -Placidus aginam (acc. sing., cum glossa : scapum trutinae, quod eo mensura ponderis agatur), aginatorem (acc. sing., cum glossa : negotiatorem actus). Nescio unde Gloss. AA (quod glossarium complures Festinas glossas Glossarii Abol conservavit) Aginatus (-tor Gostz) : qui agit aliquid, id est negotiat, aut tricator est (em codd.), morator vacuus. Qua ex doctrina quantum Festus hoc loco exhibuerit vix ac ne vix quidem constat. Potest saltem illud aginari memoravisse.

Agonium dies appellabatur quo rex hostiam immolabat ; hostiam enim antiqui *agoniam* vocabant. ' Agonium ' etiam putabant deum dici praesidentem rebus agendis, *Agonalia* eius festivitatem. Sive quia ' agonos ' dicebant montes, Agonia sacrificia quae fiebant in monte ; hinc Romae mons Quirinalis *Egonus* (Ag- ?) et Collina porta *Egonensis* (Ag- ?). Agonium, id est ludum ; ob hoc dictum quia locus in quo ludi initio facti sunt fuerit sine angulo ; cuius festa Agonalia dicebantur.

Agea via in navi ; dicta quod in ea maxime quaeque res agi solet.

Agonias hostias putant ab agendo dictas.

Albogalerus (albus galerus ?) a galea nominatus. Est enim pillem capitis quo Diales flamines, id est sacerdotes Iovis, uteban-

tur. Fiebat enim ex hostia alba Iovi caesa, cui adfigebatur apex virgula oleagina.

Apluda est genus minutissimae paleae frumenti, sive panicis < sive mili > ; de qua Naevius (Com. 117) : Non hercle apluda est hodie quam tu nequior. Sunt qui apludam sorbitionis liquidissimum putent genus, quod flatu deiciatur et quasi adplodatur.

Aridum proprie est quod naturalem humorem amisit. Dicitur autem per contrariam significationem quod inrigari desierit, nam ἀρδένειν Graece inrigare est.

Aptus cum propria significatione intelligatur, poni tamen solet pro adepto, sicut [et] *apisci* pro adipisci.

Area proprie dicitur locus vacuus, quasi exaruerit et non possit quicquam generare.

AGONIUM. host.] cf. infra (9, 26), s. v. Agonias. Egon.] ut 304, 11 egonus eod. Festi. Et multa glossaria exhibent Egones : sacerdotes rustici (cf. Schol. Stat. Theb. 4, 463 : Agones.. victimatores). Hinc Gloss. Philox. AG 22-23 Agonalia et agonaria : θυσία, Agonia : ἱερεῖον ; Gloss. Abol. AG 14 Agonia : hostia. Cf. Varr. L. L. 6, 12 : Dies Agonales, per quos rex in Regia arietem immolat, dicti ab ' agon ? ', eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immolatur ; 6, 14 : In libris Saliorum quorum cognomen Agonensium forsitan hic dies appelletur potius Agonia. Notissima est poetica disputatio de his vocabulis eleganter ab Ovidio facta (Fast. 1, 318). Quid igitur Festus scripsit ? Nescio ; sed discernere mihi videor quattuor etyma, a Festo nimirum suo quidque auctoris nomine ornata. Ea nomina Paulus more suo praetermisit ; ipsas sententias diversas obscurefecit.

AGEA. Addenda credo haec Isidori (Etym. 19, 2, 4) : Agea viae sunt, loca in navi per qua ad remiges hortator accedit ; de qua Ennius (Ann. 492) « multa foro ponet, et agea longa repletur » (leg. l. r. a. ?). Sed ex commentatione, ni fallor, Vergilii (ea tamen fortasse ex Verb. Signif.) hausit Gloss. Abstr. AE 26 A[e]geator : hortator. Ex Festo Gloss. Philox. AG 2-3 Agea [r] : παραμένων (πορεία νεῶν vel παρ' Ἐννίῳ Scal.), Agea : ἀρόδος πλοῦτος. Etiam glossa (nisi Isidoriana est) Glossarii AA (= Abol.) Agea : via in navi longa (leg. loca ?) qua ad remiges hortatores solent ambulare. Potius tamen ex Gloss. Philox. emanavisse mihi videntur Gloss. Ampl. II Ageta (pro Ageia ?) : uta girum (leg. via in gymrum ?) navis ; Gloss. Aff. Agia : recurrens unda (ex illo ' uta ', ni fallor) ; Gloss. AA etc. Ageia : via navis in aqua dextra laevaue (illud ' in aqua ' additamentum crede).

AGONIAS. Hic locus fortasse supra reponendus s. v. Agonium.

ALBOGALERUS. Cf. Varr. Rer. Div. II (ap. Gell. 10, 15, 32) : Is (flamen Dialis) solum album habet galerum, vel quod Iovi immolata hostia albato fieri oporteat.

APLUDA. Ex Festo hausit Gloss. Abba (= Abol.) Ablunda (scil. abunda corr. apluda) panicis et milii folliculus (-li).

AREA. Cum lemmate ARIDUM coniungendum monet Varr. LL. 5, 38 : Ubi frumenta secta ut terantur arescunt, area ; propter horum similitudinem in Urbe loca pura areae ; a quo potest etiam ara deum, etc.

Angulus a Graeco ἀγκύλον venit ; sive ab eo quod est ἐγγύς, id est prope, <quod prope> adducantur quae ex diverso coacta faciunt anguli formam.

Adfines in agris vicini ; sive consanguinitate coniuncti.

Anclare haurire, a Graeco descendit. Livius (trag. 30) : Florem anclabant Liberi ex carchesiis. *Anclabris mensa* ministris aptata divinis <Naevius.> Vasa quoque in ea, quibus sacerdotes utuntur, *anclabria* appellantur.

Ancunulentae feminae menstruo tempore appellantur ; unde trahitur *inquinamentum*.

Ancras convalles, vel arborum intervalla.

Arferia aqua quae inferis libabatur ; dicta a ferendo. Sive (*Arferial* ?) vas vini (-narium) quod sacris adhibebatur, <quo vinum ad aras ferebant>.

Adfatim dictum a copia fatendi, sive abundanter. Livius (com. 4) : Adfatim edi, bibi lusi. Terentius (?) ad fatim dixit pro eo quod est ad lassitudinem.

ANGULUS. adduc.] aduncantur docti. Aliter Varro L. L. 6, 41 ; Ago.. hinc angiportum, quia nil potest agi ; hinc angulus quod in eo locus angustissimus cuius loci is angulus. Cf. Klotz (Arch. lat. Lex. 12,94).

ADFINES. Suspicio vocabulum a litteris an- incipiens prius tractatum, ut puta ' anfinēs ' (cf. antermini 16, 8) ; quamquam antiquitus, quod sciam, forma arfinēs quidem in usu erat (cf. Prisc. gram. II 354, antiquissimi.. arfinēs.. pro.. adfines), non tamen ' anfinēs ' (am-).

Ex Festo videlicet Gloss. Philox. AD 81-82. Adfinis : δμορος, προσγενής, ἀγγιτέρμων καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής.

ANCLARE-ANCLABRIS. Videor mihi in glossa corrupta iuncturam duorum lemma-tum discernere, Gloss. AA (= Abol.). Anclare : haurire aut in aliquo loco [officio merentur] laborare. Nam credo illud ' officio mere<ba>ntur ' glossam in Livii verbum anclabant (-cul-) fuisse, et hoc loco discrimen, si quod est, inter anclare ' haurire ' et anculare ' ministrare ' (cf. 18, 17 ; 70, 18) tractatum. (Cf. infra, s. v. Escariae Mensae, 67, 28, Anclabris ea qua in sacrificando dis anclatur, quod est hauritur ministraturque). In Gloss. Philox. AN 31 Anglabres : τράπεζαι τρίγωνοι ὡς Νέβριος mihi videor talia Festi verba dispicere, ut puta : Alii ' anglabres ' eas vocitatas esse putant quasi quae tres angulos haberent. Sed quia res incertior, unum verbum Naevius addidi. Qui mecum sentiunt plura addant. anclabria] -bra testatur, siquidem huc pertinet, Gloss. Philox. AN 90 Antelabra : εἰδὴ σκευῶν, ὡς καὶ βουτῶν (ex-τως). Cuius glossae finem alii alium ponunt, ὡς κιβωτόν, ὡς καὶ βουτρίον (i. e. cupa), ὡς καὶ Βουτεῶν (i. e. Buteo.)

ANCUNULENTAE. Cf. 44, 11 s. v. Cunire (est sterco facere ; unde et inquinare).

ANCRAS. antras Paul. Ex eodem veteris scriptoris versu quo Verrius, credo, ps. -Placidus ancras (acc. plur.) protulit, cum eadem glossa ' convalles aut arborum intervalla ' ; (unde patet Festum eadem verba quae Paulus adhibuisse) ; ex alio angrae (nom. plur.), cum glossa ' intervalla arborum '. Ex Festo nimirum hauserunt Gloss. Philox. (cum Cyrill.) AN 24 Ancrae : ἀγκρα, ἀλῶνες, Ancr[i]a, convallis, φάραγξ. Etiam Gloss. AA (= Abol.) Ancrae : intervallum arborum vel spatium inter duos montes.

ARFERIA. Potest Verrius (Festus ?) a litteris ad- incepisse, ut puta : Adfero antiquitus ' arfero ', etc. (cf. Prisc. gram. II 35,4). Ex Festo videlicet Gloss. Cyrill. (= Philox.) Adferial : ὕδωρ τὸ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον (unde insipienter, ut solet, Gloss. Nom. Adferial : aqua qua mortuus lavatur). Etiam Gloss. Abba (= Abol.) Arferia : vas vinarium cum quo vinum ad aras ferebant. Si igitur illud adferial (arf-) verum est, crede duo vocabula Festum tractavisse, Paulum confudisse : Arferia (aqua), Arferial(e) vel Adf- (vas).

ADFATIM. Ter.] Vide infra. ad 330, 19, s. v. R-.

Ammenta (adm-) quibus, ut mitti possint, vinciuntur iacula ; sive solearum lora. Ex Graeco quod est ἀμματα sic appellata ; vel quia aptantes ea ad mentum trahant.

Adtegrare est vinum in sacrificiis augere. *Integrare* enim et *adtegrare* minus factum est in statum redigere.

Adtritum et *tritum* ex Graeco descendit, quia illi vestem tritam τριβωνας appellant.

Adtestata dicebantur fulgora quae iterato fiebant : videlicet significationem priorum adtestantia.

Adtubernalis habitator continuae tabernae. Quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exterae gentes, quae adhuc tabulatis habitant aedificiis. Unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, *tabernacula* tamen dicuntur.

Attae appellantur qui propter vitium crurum aut pedum <primis> plantis insistent et attingunt terram magis quam ambulant. Quod cognomen Quintio poetae adhaesit.

Attam pro reverentia seni cuilibet dicimus, quasi eum avi nomine appellemus.

Adagia ad agendum apta.

AMMENTA. solearum lora] Cf. Plin. N. H. 34, 31: Hincine Gloss. Abol. AM 5 Amentum: ligamentum hastae ; Gloss. Philox. AM 37 Ammentum : ἀμμα λόγχης, λῶρόν ἐστιν ὅθεν κατέχεται ἡ λόγχη ? Cf. Isid. Etym. 18, 7, 6: Amentum vinculum est iaculorum hastilium qui mediis hastis aptatur ; et inde amentum quod media hasta religatur ut iaculetur.

ADTEGRARE. At integrare est integrum reddere. et integer est intactus. Neque (quo omnia solvas) adintegrare antiquitus extitisse videtur. Rem igitur quomodo explicem haeceo.

ADTESTATA. Cf. Senec. Nat. 2, 49, 2 : nomina fulgurum quae a Caecinna ponuntur.. peremptalia, quibus tolluntur priorum fulminum minae, adtestata, quae prioribus consentiunt, etc. Cf. Thulin (Arch. lat. Lex. 14, 389). Alias de fulguribus glossas quaere s. vv. Dium (66, 15) ; Peremptalia (236, 18 ; 284, 12) ; Postula<to>ria, Pestifera (284, 9-11) ; Pestiferum (230, 14) ; Proversum (254, 1). Renovativum (366, 5).

ADTUBERNALIS. -tib- codd. Cf. Gloss. Philox. AT 29 Attubernalis : καπηλογείτων. Cf. 34, 4 s. v., Contubernales. De re cf. Serv. auct. ad Aen. 2, 464 : Olim sane domus de tabulis fiebant ; unde hodieque in aedificiis surgentibus primum et secundum tabulatum dicimus. TABERNACULA. Cf. infra, s. v. (490, 19).

ATTAE. Ex Festo, credo, Gloss. Philox. AT 27 Atta : ὁ τοῖς ποσὶν ἀρχόμενος περιπατεῖν ; Gloss. Ampl. II (= Abol.) Atta : qui primis plantis ambulat. Contra glossa Horatiana (ad Epp. 2, 1, 79) mihi videtur Gloss. Cyrill. (= Philox.) Atta : ὁ ἀκροῖς τοῖς δακτύλοις ἐπιβαίνων. Sed res incerta. Tamen ausus sum illud ' primis ' addere, quod Philoxeno quasi, primus ' apparuit.

ATTAM. Cf. infra, s. v. Atavus (13, 1 quia attā est avi, id est pater ut pueri usurpare solent).

ADAGIA. Cf. Donatus (ad Eun. 428) : Et dicta et proverbia et adagiones, quod rem agant, facetis hominibus adscribuntur (nisi revera glossa Festina se insinuavit). Aliter Varro (L. L. 7, 31) : Apud Valerium Soranum " vetus adagio est, O Publi Scipio " ; quod verbum usque adeo evanuit ut Graecum pro eo positum magis sit apertum : nam id est quod παροιμίαν vocant Graeci.. adagio est littera commutata ambagio, dicta ab eo quod ambit orationem neque in aliqua una re consistit sola. Ps.- Placidus profert (ex vetere scriptore nescioquo) adagione (abl. sing.) cum glossa ' proverbio '. Ex Gloss. Philox. AD 11, 12, 102, Adagium : παροιμιον, Adagiones ; παροιμια, Adagio : παροιμια, haud scio an iure colligere possis Festum etiam de forma adagio, -onis mentionem fecisse.

Adasia ovis vetula recentis partus.

Abrogare infirmare.

Ad aut proprie personam significat, ut .

Eo ad Pompeium ; aut locum, ut : Abit ad theatrum. *Apud* mutuam loci et personae coniunctionem demonstrat, ut cum dicimus : Ceno apud amicum. *At* differentiam rerum significat, ut cum dicimus : Scipio est bellator, at Marcus Cato orator.

Addicere est proprie idem dicere et adprobare dicendb. Alias addicere damnare est.

Aedis domicilium in edito positum <aut> simplex atque unus aditus. Sive ideo aedis dicitur quod in ea aevum degatur, quod Graece αἶών vocatur. Itaque *aedificare* cum sit proprie aedem facere, ponitur tamen καταρχηστικῶς in omni genere constructionis.

Aedituus aedis saerae tuitor, id est curam agens. *Aeditimus* 'aedis intimus'

Aedilis initio diotus est magistratus quia aedium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat. Postea hoc nomen et ad magistratus (?) translatum est. Diotus est autem aedilis quod facilis ad eum plebi aditus esset. Sed et *aedila-*

tus (-litas ?) dicebatur eadem dignitas, sicut pontificatus, magistratus.

Atrium proprie est genus aedificii [ante aedem] continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia descendit. Dictum autem atrium vel quia id genus aedificii Atriae primum in Etruria sit institutum, vel quod a terra oritur, quasi 'aterrium'

Avus patris matrisque pater ; dictus a Graeco vocabulo quod est apud eos πάππος, mutatis quibusdam litteris. Alii volunt quod ex ea voce appelletur quod apud eosdem Graecos αὐός (?) appellatur significatque magnum, quoniam veluti magnus pater sit avus. Alii putant avum dictum esse quia ad duos attineat, quasi 'adduum', vel quia ad patrem sit additus. *Abavus* dicitur quia abest ab avo et est avus avi. *Atavus*, quia *atta* est avi ; id est pater, ut pueri usurpare solent. *Avunculus* matris meae frater, traxit appellationem ab eo quod aeque tertius a me ut avus est, sed non eiusdem iuris ; ideoque vocabuli facta deminutio est. Sive avunculus appellatur quod avi locum optineat et proximitate tueatur sororis fillam. *Amita* patris mei soror, quia similiter

ADASIA. Ex Festo Gloss. AA (=Abol.) Adasia : ovis maior (*leg.* maior natu ?) quae peperit. Ex glossa deperdita Glossarii Philox., ni fallor, venit Gloss. Ab Abs. Adasia : ovis maior natu. Etiam Gloss. Nom. (insipiente) Adasa : pro senectute sterilis.

ABROGARE. A verbo adrogare inoeuisse aut Festum aut saltem Verrium crede. Composita quaere s. vv. Derogare (61, 2 detrahare est), Exrogare (72, 2), Obrogare (203,3.) Quae omnia (vel pleraque) uno in loco olim stetisse crede et alphabetica dispositione esse longe disiecta.

AD, APUD, AT. eo ad Pompeium] Pompei Festi verba, non Verrii.

AEDIS. Aliter Varro L. L. 5, 160 : Aedis ab aditu, quod plano pede adibant ; itaque ex aedibus efferri indiotivo funere praeco etiam eos dicit qui ex tabernis efferuntur, et omnes in censu villas dedicamus aedes.

AEDITUUS, AEDITIMUS. Cf. Varr. ap. Gell. 12, 10, 4 ; Varr. R. R. 1, 2, 1 ; L. L. 7, 12 etc. Et vide infra ad Meditullium (110, 28).

AEDILIS. Cf. Varr. L. L. 5, 81 : Aedilis qui aedis sacras et privatas procuraret.

ATRIUM. Cf. Serv. auct. ad Aen. 1, 726 : Alii dicunt Atriam Etruriae civitatem fuisse, quae domos amplis vestibulis habebat ; quae cum Romani imitarentur atria appellaverunt ; Varr. L. L. 5, 161 : Atrium appellatum ab Atriatibus Tusois ; illinc enim exemplum sump-



tertia a me sit atque avia, videri potest dicta ex eo quod ab antiquioribus 'avita' sit vocitata. Sive amita dicta est quia a patre meo amata est. Nam plus sorores a fratribus quam fratres diligere solent, videlicet propter dissimilitudinem personarum, quae ideo minus habent dissensionis quo minus aemulationis.

Avillus agnus recentis partus. *Agnus* dicitur ἀγνός τοῦ ἀγνοῦ, quod significat castum, eo quod sit hostia pura et immolationi apta.

Avere nihil aliud est quam cupere. Argumento est avidum et aviditate[m], ex quibus praecipua cupiditas intellegitur ;

cum significet et gaudere. <.. «*aventibus*» >.

Adscripti dicebantur qui in colonias nomina dedissent ut essent coloni. *Adsciscere* est adiungere vel adsumere. *Adscripticii* vel, uti quidam, <ad>scripti<vi> dicebantur qui supplendis legionibus adscribebantur. Hos et *accensos* dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti. Quidam *velatos*, quia vestiti inermes sequerentur exercitum. Nonnulli *ferentarios*, quod fundis lapidibusque proeliaturo ea modo ferrent quae in hostes iacerent. Alii *rorarios*, quod id genus hominum, antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicaret.

Auctarium (-tua-) dicebant antiqui quod

AVILLUS. Ex Festo Gloss. Abba (= Abol.) Avillus : agnus recens natus.

AGNUS. Aliter supra, s. v. (6, 7 ex Graeco ἀγνός deducitur).

AVERE. Cf. Gloss. Abol. (AV 16 Aventes : cupientes vel gaudentes). Quae glossa, Festina sine dubio (nam quis alius avere pro gaudere habet ?), monet ne 'audere' legamus obsecuti Glossario Aff. (= Abol.) Aventibus : <g>aud[i]tentibus. Ex salutatione ave, Graece χαῖρε,, facile itur ad illud avere gaudere.

ADSCRIPTI. Vel uti] vel veluti. Cum toto loco cf. Varr. L. L. 7, 56-58 ; In Menaechnis (183) "idem istuc aliis ascriptivis fieri ad legionem solet" ; ascriptivi dicti quod olim ascribebantur inermes armatis militibus qui succederent, si quis eorum deperisset : in Trinummio (455) "namillum tibi ferentarium esse amicum inventum intellego" ; ferentarium a ferendo, id est inane ac sine fructu, aut quod ferentarii equites hi dicti qui ea modo habebant arma quae ferrentur, ut iaculum ; huiusmodi equites pictos vidi in Aesculapii aede vetere et Ferentarios ascriptos : in Frivolaria (fr. iv) "ubi, rorarii, estis ? adsunt. ubi sunt accensi ? ecce" ; rorarii dicti ab rore qui bellum committebant, ideo quod ante rorat quam pluit : accensos ministratores Cato (p. 81, 14 Jord.) esse scribit ; potest id ab arbitrio, nam <ab censione> id est ab arbitrio eius cuius minister ; Vit. Pop. Rom. III ap. Non. s. v. Accensi, s. v. Rorarii, s. v. Legionum (520, 7 ; 553, 6 ; 57, 5) : I quidem ascriptivi, cum erant attributi decurionibus et centurionibus qui eorum habent numerum, accensi vocabantur ; eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant fundis et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur, .. rorarii appellati quod imbribus fere primum rorare incipit ; .. tum appellatus est dilectus et ab electione legio ; ab hac supervacaneorum consuetudine adscribuntur. Cf. infra, s. vv. Accensi (17, 1 dicebantur qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur, dicti ita quia ad censum adiciebantur), Velati (506, 23), Ferentarii (75, 14 ; 83, 2 ; 506, 25), Rorarios (323, 8). Et ex uno exemplo disce quomodo eadem doctrina per diversas libri partes secundum alphabeticam dispositionem disiecta sit. Cf. Reitzenstein (Verrianeische Forschungen 30).

AUCTARIUM. Videlicet ab illo 'adiciebatur' vel vocabulo a litteris ad- (vel ar-, antiqua forma) incipiente, ut puta 'adicetus' (cf. epitheca Plaut. Trin. 1025), inceperat Verrius. Gloss. Philox. AB 31. Auctuarium : ἐπιτηρεῖν. In Plaut. Merc. 490 (auctarium adicio vel

super mensuram vel pondus iustum adiciebatur, ut *cumulus* vocatur in modio. *Auctum* vocabatur spatium circi quod super definitum modum victoriae adiungitur.

Argennon (ἀργεννόν) (?) argentum percandidum.

Arbiter dicitur iudex quod totius rei habeat arbitrium et facultatem.

Amicinus utris pediculus ex quo vinum defunditur.

Arbosem pro arbore antiqui dicebant, et *robosem* pro robore.

Arbitrium dicitur sententia quae ab arbitro statuitur. *Arbitrarium* cum adhuc res apud arbitrum geritur.

Amicitiae vocabulum ab amore deducitur, quamvis interdum vituperandus sit amor. Ab antiquis autem *ameci* et *amecae* per E litteram efferebantur.

Adpromissor est qui quod suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit.

Adversus aut *contrarium* significat aut idem quod erga.

Arcere est continere. Unde et *arcus* in aedificiis dictus est quia se ipse continet. Alii dicunt arcum dictum esse ab opere arriendo in altitudinem.

Arcera genus plaustrum est modici quo homo gestari possit.

Argeos vocabant scirpeas effigies quae per virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim.

mille nummum plus quam poscet) utraque forma, auctarium et auctuarium, metro et manuscriptis conveniat (auctarium **P**, auctorarium **A**).

CUMULUS. Cf. Epiphanius de Mensuris 6 : Satus modius est cumulatus, ita ut modio adiectus quartae suae mensurae cumulus quinta cum sui parte superare ceteros faciat. Unde usitatum illud 'cumulus accedit'.

AUCTUM. Anglice 'handicap'.

AMICINUS. Ex Charisio potest venire Gloss. Philox. AM 31 Amicinus : ἀσχοῦ στόμα. Cf. Gloss. Cyrill. 'Ἀσχοῦ στόμα : hic amicinus. ||amicinum et pediculum **Paul**. (solito suo errore).

ARBOSEM. Cf. 280, 9, s. v. Properiem. Vergilius, antiquitatis amans, formam *arbos* (nom. sing.) semper adhibet, arbor numquam.

ARBITRIUM. In promptu est hoc lemma et Amicinus inter se transponere.

AMICITIAE. amecus] C. I. L. IV 3152 a ?, XIII 3430 ?

ADPROMISSOR. Cf. Landgraf ad Cic. Rosc. Amer. 9, 26.

ADVERSUS. In prisco sermone arvorsus.

ARCERE. Cf. infra, s. v. (prohibere est.. et pro eo quod est continet ponitur); s. v. No-verca (180, 4 arcendae familiae gratia, id est coercendae).

ARCERA. arcirma **codd.** Ex Festo per Gloss. Abol. potest venire Gloss. Abba Arcera : plaustrum. Sed potest ex glossa illa Festina deperdita venire Glossarii Philox. unde Gloss. Nom. Arcera : plaustrum, vehiculum lignorum. Similiter Gloss. AA Arcida (-cera) : vehiculum. Cf. Varr. L. L. 5, 140 : Arcera, quae etiam in Duodecim Tabulis appellatur ; quod ex tabulis vehiculum erat factum ut arca, arcera dictum. Coniunge igitur hoc lemma cum praecedente (cf. infra, 15, 4 arca, in qua quae clausa sunt tuto manent ; cuius ipsius origo ab arcendo pendet).

ARGEOS. Hoc quoque lemma cum superioribus coniunge. Cf. infra, s. v. Sexagenarios De Ponte (452, 11 latebras autem eius quibus arcuerit senem, id est cohibuerit et celaverit, sanctitate dignas esse visas, ideoque Arcaea appellata). Hincine Gloss. Philox. AR 23 Arg<e>i [arra] : ἀφιδρύματα (unde, ni fallor, Gloss. Abba Arg<e>i : simulacra) ?

Arcere prohibere est. Similiter *abarcet* prohibet. *Porcet* quoque dictum ab antiquis quasi porro arcet. Et pro eo quod est continet ponitur; unde *coercere* continere dicimus. Trahitur autem hoc verbum a Graecorum magistratu quem illi ἀρχήν vocant, in cuius potestate est vel cogere vel prohibere.

Arcani sermonis significatio trahitur sive ab *arce* quae tutissima pars est Urbis; sive a genere sacrificii quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari ut ne litteris quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur; sive ab *arca*, in qua quae clausa sunt tuto manent, cuius ipsius origo ab arcendo pendet.

Arculum appellabant circulum quem capiti inponebant ad sustinenda commodius vasa quae ad sacra publica capite portabantur. *Arculus* [putabatur esse] deus qui tutelam gereret arcarum. *Arculata* dicebantur circuli qui ex farina in sacrificiis fiebant.

Arciva dicebatur avis quae in auspiciis vetabat aliquid fieri. <.arcivus ?.>

Asseres dicti quod assideant parieti trahusque.

Assaratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino et sanguine temperatum quod Latini prisci sanguinem as[s]er vocarent.

ABARCET, COERCET. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Abarcet : prohibet, vetat, Coercet : prohibet, vetat Coercet : castigat, continet, cruciat. Cf. infra, s. v. Abercet (24,4 prohibet).

PORCET. Cf. infra, s. v. Porcae (244,7 sulci. dicti quod porcent, id est prohibent aquam frumentis nocere).

ARCANI, ARCE, ARCA. Hoc lemma cum praecedente ut iungamus suadet illud Varro- nis (L. L. 5, 151) : Arx ab arcendo, quod is locus munitissimus Urbis, a quo facillime possit hostis prohiberi; (5, 121) : Arca quod arcebantur fures ab ea clausa. Et vide ne ex Festo hauserint Gloss. AA (=Abol.) Arx : summa pars civitatis, dicta quod altitudine sua hostis prohibeat, id est Capitolium; Isid. Etym. 15, 2, 32 : Arces sunt partes urbis excelsae atque munitae, nam quaecumque tutissima urbium sunt ab arcendo hostem arces vocantur, unde et arcus et arca (cf. ibid. 18, 9, 5 Arcus vocatus eo quod arceat adversarium; inde et arces dicuntur, a quibus arcentur hostes, etc.; 20, 9, 2); Isid. Diff. 1, 9 : Arcanum vero ab arca vel ab arcendo, eo quod ab eo omnes arceantur, id est prohibeantur; inde et arces dicuntur a quibus arceantur hostes; inde et arca, eo quod arceat furem; inde et arcus, eo quod arceat adversarium.

Urbis j. e. Romae, ut scribatur suadet tum Gloss. AA : 'id est Capitolium', tum ea quae Paulus adicit de Capitolinis sacris. auguribus] Cf. infra, s. v. Auguraculum (17,14).

ARCULUM. Et caesticillum (vide infra, s. v., 39,4). Certe ex Festo hausit Gloss. AA (= Abol.) Arculus : circulus quem in capite habent quae gerunt vasa. Minus certe Gloss. Ab Abs. Arculus : circulus, quod ubique arceat. Cf. Serv. auct. ad Aen. 4, 137 : flaminicam habere praecipitur, etc. Qui locus Verrianus esse potest; saltem illud 'quae' glossae AA indicio est Festum de flaminica etiam dixisse. Cf. 101,5 Inarculum. ARCULATA circ.] Cf. Varr. L. L. 5, 106 (de libis) : Circuli, quod mixta farina et caseo et aqua circuitum aequaliter fundebant.

ARCIVA. arcula Paul. Hoc lemma (cum praecedente ARCULUM-ARCULUS-ARCULATA) ut cum lemmatis Arcere (prohibere), Arcani coniungamus suadet Isid. Etym. 20, 9, 2 : Arca dicta quod arceat visum atque prohibeat; hinc et arcivum; hinc et arcanum, id est secretum unde ceteri arcentur. Qui nimirum ea ex Festo excoerpsit. Ex Festo Gloss. AA (=Abol.) Arciva : avis vetans : Gloss. Cyrill. (=Philox) Arcivus : κωλυτικός. Cf. infra, s. v. Admissivae Aves (20,1).

ASER. Hinc Gloss. Philox. AS 29 Asaer : αἷμα; Gloss. AA Ascer : sanguis, cruor.

Amb[r]ices regulae quae transversae asseribus et tegulis interponuntur.

Antes sunt extremi ordines vinearum. Unde etiam nomen trahunt *antae* quae sunt latera ostiorum.

Ambitus proprie dicitur inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus. Ex quo etiam honoris ambitus dici coeptus est, a circumeundo supplicandoque. *Ambitio* est ipsa actio ambientis.

Amnis proprie dicitur a circumnando; quoniam *am* ex Graeca praepositione sumptum quae est $\alpha\mu\phi\iota$ significat circum, et *nare* fluere.

Ambiguum est quod in ambas agi partes animo potest. Huiusmodi apud Graecos $\alpha\mu\phi\iota\beta\omicron\lambda\alpha$ dicuntur.

Ambrones fuerunt gens quaedam Gallica qui subita inundatione maris cum amisissent sedes suas, rapinis et praedationibus se suosque alere coeperunt. Eos et Cimbros Teotonosque C. Marius delevit.

AMBICES, nimirum 'ambi-iectae' (velut obices, etc.) Hinc, ni fallor, Gloss. AA (= Abol.) Abices : lateres vel summitates laterum. (Vide infra.)

ANTES. ANTAE. Cum alii dicant antes esse nil nisi ordines (vitium, equitum), cur Verrius extremos esse ordines dicit? Qui quidem potest vocabulum ad praepositionem am-revocasse et ita per hoc lemma ex Ambices ad Ambitus devenisse. Sed aliam viam monstrat Servius ad Geo. 2, 427 (ubi legit 'effectus extremos'); Antes alii extremos vinearum ordines accipiunt, alii macerias quibus vineta cluduntur. dicuntur autem antes a lapidibus eminentioribus qui interponuntur ad materiem sustentandam; nam proprie antes sunt eminentes lapides vel columnae ultimae quibus fabrica sustinetur, et appellantur antes $\alpha\pi\theta$ τοῦ ἀντιστήκειν, ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere, qui ante stant. Locus enim Servianus suspicionem movet amb[r]ices et antes fere idem valuisse, quasi 'regulas' quibus fabrica sustinetur. Vide igitur ne sub uno lemmate Verrius tractaverit Asseres (unde divagatur ad Asseratum), Ambices 'summitates laterum', Antas, Antes. Etiam Nonius, adnotatione marginali ad Geo. 2, 417 usus coniungit, itidem ut Verrius, antes et antas (30,4): Antes sunt quadraturae, unde et antae dictae sunt quadrae oolumnae. Ex Festo, ni fallor, Gloss. Abol. AN 4 Antae: regimen parietum; Gloss. Cyrill. (= Philox.) Anta: ἐξοχή ξύλου ἢ βάσεως.

AMBITUS. Cf. 5, 6. Ex Festo, credo, Isid. Etym. 15, 16, 12: Ambitus inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus (quae tamen sequuntur, 'et ab ambulando dictus' Isidori, non Festi, esse videntur; nam Festus hic et in sequentibus versibus de praepositione am- vel amb- vel ambe- 'circum' dicit). Unde patet hanc loci Festini partem a Paulo plene exscriptam esse.

AMNIS. Alibi (53, 4; 296, 26; 446, 11) memoratur antiquos hanc amnem dixisse. Hinc Gloss. Abav. (= Abol.) AM 34. Amnis: fluvii circuitus?

Cum toto loco (et vicinitate) cf. Varr. L. L. 5, 27 sqq.: Flumen: quod fluit continue; amnis: id flumen quod circuit aliquod, nam ab ambitu amnis; ab hoc qui circum Aternum habitat Amitermini appellati; ab eo qui populum candidatus circumit, ambit, et qui aliter facit indagabili ex ambitu causam dicit; itaque Tiberis amnis, quod ambit Martium campum et Urbem; oppidum Interamna dictum quod inter amnis est constitutum; item Antemnae, quod ante amnis qua Anio influit in Tiberim, quod bello male acceptum consenuit.

NARE. Cf. 166, 32, s. v.

AMBRONES. In vetere scriptore nescioquo invenit ps-. Placidus ambronem (acc. sing) cum glossa 'perditae improbitatis, a gente Gallorum qui cum Cimbris Teutonisque grassantes periere'. Suspicio Verrium gentis nomen quasi 'amb-errones', i. e. qui circum errant, interpretatum esse. Cf. infra, s. v. Cimbri (37,29).

Ex quo tractum est ut turpis vitae homines ambrones dicerentur.

Antiae muliebres capilli demissi in frontem. Appellati ex Graeco videntur. Quod enim nos contra, illi ἀντίον dicunt.

Amneses appellantur urbes sitae prope amnem, ut a mari *maritimae*. Unde *Interamna* [e] et *Antemnae* dictae sunt quod inter amnes sint positae vel ante se habeant amnes.

Amptermi qui circa terminos provinciae manent. Unde *amiciri*, *amburbium*, *ambarvalia*, *amplexus* dicta sunt.

Angiportus iter compendiarium in oppido; eo quod sit angustus portus [id est aditus in portum]. *Angeronae* deae sacra a Romanis instituta sunt cum angina omne genus animalium consumeretur; cuius festa *Angeronalia* dicebantur.

(Macrob.) Verrius Flaccus Angeron[i] iam dici ait quod angores ac sollicitudines animorum propitiata depellat.

Actus modo significant in comoediis et tragoediis certa spatia canticorum. Modo iter inter vicinos quattuor pedum latum. Modo in geometrica minorem partem

ANTIAE. dimissi codd. De glossis cf. Pirie (Class. Quart. 19, 195). Nemo vocabulum ad praepositionem am 'circum' revocavit, nisi forte, id quod suspicor. Verrius.

AMNESES. Prisca forma (pro 'amnenses') et sermoni veterum legum idonea.

De Interamna et Antennis confer ea quae supra (ad Amnis) ex Varrone protuli. Adde Serv. ad Aen. 7, 831: Antemnae dictae sunt quod eas amnis praeterfluit, quasi ante amnem positae (quae verba Isidorus Etym. 19, 2, 7 ridicule de antennis navium usurpat).

AMPTERMINI (Cf. 19, 16 Amsegetes). Catonianum illud tractatur 'amterminum (gen. plur.) oratorum'. Cf. Macrob. 1, 14, 5: hinc et Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia veteres an pro circum ponere solebant, ut Cato in Originibus: «oratorum amterminum»; id est circum terminum, et ambire dicitur pro circumire, Ex Festo hausisse videtur Gloss. Philox. (cum Cyrill.) AM 43 Amterminus: ὁμορος, <ῶ> διχόθεν ὅρος. Sicut igitur infra dixit Festus (18, 10) Anceps significare videtur id quod ex utraque parte caput habeat, itidem hic dixit, ut puta: <quod ex utraque parte terminos habent>. Etiam (quam glossam doleo corruptam esse) Gloss. AA (= Abol.) Amsterminio: confidentia. Quam si sic emendas Amterminia: confinia, ea duo verba supra adde. AMICIRI. Cf. ad 26, 4 Amiculum. AMBURBIUM, AMBARVALIA. Cf. 5, 1-4, s. v. Ambarvales.

ANGIPORTUS. Cf. Donat. ad Adel. 578: Angiportum, id est angusta et curva via, quasi 'anguiportus', ut Angitia et Anguitia; alii quod inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos, nam domos vel portus vel in ulas veteres dixerunt. Aliter Varro L. L. 6, 41: hinc (ab ago) dicimus angiportum, qua nihil potest agi. Sic tamen lego L. L. 5, 145: quod exitum non habet et pervium non est, angiportum; si id angustum, ab a<n>gendo et portu. Ex Festo hausit Gloss. AA (= Abol.) Angiporto: portu sive vico angusto. Crede igitur hic Festum abl (?) sing. alicunde citavisse.

ANGERONAE. Hinc nimirum Gloss. Philox. AN 37 (Verrii sententia praelata) Angerona: ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καὶ ὧν Cf. Macrob. 1, 10, 7 Duodecimo vero (Kal. Ian) feriae sunt divae Angeroniae, cui pontifices in sacello Voluptiae sacrum faciunt; quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait quod angores ac sollicitudines animorum propitiata depellat; Masurius adiecit simulacrum huius deae ore obligato atque signato in ara Voluptiae propterea collocatum quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant perveniant patientiae beneficio ad maximam voluptatem: Iulius Modestus ideo sacrificari huic deae dicit quod populus Romanus morbo, qui angina dicitur, praemisso voto sit liberatus. || Angeronalia]. Cf. Varr. L. L. 6, 23 Angeronalia ab Angerona, cui sacrificium fit in curia Acculeia et cuius feriae publicae is dies.

ACTUS. Cf. infra, s. v. Agere (21, 13). Ps.—Placidus ex vetere scriptore protulit actum

iugeri, id est centum viginti pedum. Modo motum corporis, ut histrionum et saltatorum, qui etiam ex hoc ipso *actuosi* dicuntur.

Auxiliares dicuntur in bello socii Romanorum exterarum nationum; dicti ex Graeco vocabulo *αὐξήσις*, quod nos dicimus rerum crescentium actionem.

Ausonium appellavit Auson (-nus?), Ulixis et Calypsus filius, eam primum partem Italiae in qua sunt urbes Beneventum et Cales; deinde paulatim tota quoque Italia quae Appennino finitur dicta est Ausonia ab eodem duce; a quo urbem etiam conditam *Auruncam* ferunt.

Alimento pro Laumedonte a veteribus Romanis necdum adsuetis Graecae lin-

guae dictum est. Sic *Melo* pro Nilo; *Catamitus* pro Ganymede, *Alphius* pro Alpheo dicebatur.

Accensi dicebantur qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur; dicti ita quia ad censum adiciebantur.

Acerra ara quae ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Alii dicunt arculam esse turariam, scilicet ubi tus reponebant.

Apex, qui est sacerdotum insigne, dictus est ab eo quod comprehendere antiqui vinculo *apere* dicebant. Unde *aptus* is qui convenienter alicui iunctus est.

Atanuvium (att-, -nulum) est poculi fictilis genus quo in sacrificiis utebantur sacerdotes Romani.

(acc. sing.) sic in margine definitum; iter vicinale quatuor pedes latum qua iumenta agi possunt. Cf. Varr. L. L. 5, 34: Ut ager quo agi poterat, sic qua agi actus, etc., Plin. N. H. 18. 9. iugerum vocabatur quod uno iugo bovum in die exarari posset; actus, in quo boves agerentur cum aratro uno impetu iusto; hic erat CXX pedum duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat.

AUXILIARES. Cf. Varr. L. L. 5, 90: Auxilium appellatum ab auctu, cum accesserant ei qui adiumento essent alienigenae.

AUSONIUM. Auson vel Auxon codd.: Auson vel Ausonus schol. Verg. Ex Festo hausit Gloss. Abol. AU 1 Ausonia: Italia, dicta ab Ausonio Ulixis et Calypsus filio. Etiam fortasse Serv. auct. Aen. 3, 171 (Ausonias): Ausonia ab Ausone (vel-no) Ulixis et Calypsus filio; et primo pars postea omnis Italia nominata.

ALUMENTO. Mira forma et paene incredibilis, nisi quidem in picto eam pariete ab Etrusco adscriptam pictore credimus. Melo] Cf. 111, 24, s. v. Catamitus] Cf. 38, 22, s. v. Alphius] Suspicio huc translatus ex alio loco ubi de -eus pro -eus (quasi antiquitus -ius) disputatum esset (v. g. 18, 5 Argea).

ACCENSI. Vide supra ad Adscripticii (13, 23).

ACERRA. Cic. Leg. 2, 60; Secundum XII Tab.; ne sumptuosa respersio, ne longae coronae nec acerrae. Ad quem locum spectare videtur prior pars glossae Paulinae; in litteris non valet nisi altera, scilicet de cultu deorum (Thes. Ling. Lat. s. v.).

APEX. Cf. Serv. auct. ad Aen. 10, 271: Dicitur autem apex virga quae in summo pileo flaminum lana circumdata et filo conligata erat, unde etiam flamines vocabantur; hoc autem nomen a veteribus tractum est, apere enim veteres ritu flaminum adligare dicebant, unde apicem dictum volunt.

Apere] Enn. Ann. 499: Tonsillas apiunt — configunt litus — aduncas. aptus] Cf. Serv. auct. ad Geo. 3, 168: Aptos, unitos aut conexos; est enim api adiungi. Cf. supra, s. v. (10, 8).

ATANUVIUM. athanuvium vel athanuium vel atanuvium codd. Ad incertam formam determinandam haec etiam habes: Gloss. Philox. (ex Festo videlicet) AT 28. Atanulus: ἄγιον ἱερώς σκεῦος, κεμῆλιον (unde Gloss. Ab Abs. Atanulu: genus vasis); Nigid. (ap.

Atroces appellantur ex Graeco, quia illi ἄτρωκτα appellant quae cruda sunt. Sive atrox dicitur ab eo quod nihil timeat ; τρέσαι enim Graeci dicunt timere.

Auguraculum appellabant antiqui quam nos arcem dicimus, quod ibi augures publice (-ci ?) auspicarentur.

Arseverse averte ignem significat. Tuscorum enim lingua arse averte, verse ignem constat appellari. Unde Afranius ait (415) : Inscribat aliquis arseverse in ostio.

Aborigines appellati sunt quod errantes

convenerint in agrum qui nunc est populi Romani. Fuit enim gens antiquissima Italiae.

Ab oloes (-ois) dicebant pro ab illis. Antiqui enim litteram non geminabant.

Aventinus mons intra Urbem diotus est quod ibi rex Albanorum Aventinus bello fuerit extinctus atque sepultus.

(Isid. Schol.) Aventinus mons dicitur a quodam rege sic nominato ibique sepulto.

Adorare apud antiquos significabat agere ; unde et legati *oratores* dicuntur quia mandata populi agunt.

Non. 40, 15) itaque aere (ex re in codd. : aereum On.) Saliaribus adtanus tintinat, id est sonat ; Acta Lud. Saec. August. 107 et 132 ad atallam fuerunt (sequuntur nomina) ; Gloss. Philox. AT 6 Atena : εἰδος ποτηρίου δοτρακ<iv>ου ὃ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται. Memento antiquos non geminasse consonantes.

ATROCES ἄτρωκτα Scal. (quae nondum matura esui) : atrocicia codd. Ex grammatico nescioquo hausit Nonius (76, 3) Atrox : crudum ; Naevius Belli Poenici lib. III (41) : simul atrocicia porricerent exta ministratores (et ex eodem, ni fallor, eius grammatici loco unde Naevianum illud s. v. Auspicavi, 468, 30). Quem verum Verrius saltem hic exhibuerat ; vix tamen Festus, si ex Festo hausit Isid. Diff. 1, 141 Atrox : crudelis, hoc est crudus neque suavis. Vide ne tota illa interpretatio (atrocicia : cruda, quasi ἄτρωκτα) ficticia sit et in Naevianum verum explicandum a glossographo (Graeco ?) inventa.

AUGURACULUM. arcem]. Cf. supra s. v. Arcani (14, 30).

ARSEVERSE. in ost. ar. codd. Ps.-Placidus (nimirum in suo codice Afranii) insipientem glossam invenit ' proverbium '.

ABORIGINES. err.] i. e. quasi ' Aberrigines '. Cf. 328, 10, s. v. Romam ; Aur. Vict. 4, 2 : Alii volunt eos quod errando illo venerint primo ' Aberrigines ', post. Aborigines cognominatos. Ex Festo potest emanasse truncata glossa Abol. AB 12 Aborigines : convenae originis obliti. Habes igitur alterum etymon a Festo prolatum.

AB OLOES. litt. non gem.] Cf. ad 5, 26.

AVENTINUS. Lemma Aborigines cum lemmate Aventinus coniungendum monet Serv, n Aen. 7, 657 : Aventinus mons urbis Romae est quem constat ab avibus esse nominatum quae de Tiberi ascendentes illic sedebant.. quidam etiam rex Aboriginum, Aventinus nomine, illic et occisus et sepultus est, sicut etiam Albanorum rex Aventinus, cui successit Procas ; Varro tamen dicit in Gente Populi Romani Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem ab Avente, fluvio provinciae suae, Aventinum appellaverunt ; constat ergo varias has opiniones postea secutas, nam a principio Aventinus est dictus ab avibus vel a rege Aboriginum. Non tamen Varr. L. L. 5, 43 ; Aventinum aliquot de causis dicunt ; Naevius ab avibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aves ; alii ab rege Aventino Albano quod <ibi> sit sepultus ; alii Aventinum ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum.

ADORARE agere] scil. causam. Cf. 218, 6 Orare ; 196, 25. Cf. etiam 158, 32 (Nec) : ut et n XII (Tab.) est.. « si adorat furto, quod nec manifestum erit ». Ps. -Placidus protulit ex etere scriptore participium adorans (nom. sing.) cum glossa ' alloquens '. (Cf. Serv. auct.

Armilustrium festum erat apud Romanos quo res divinas armati faciebant ac, dum sacrificarent, tubis canebant.

Adeo duas habet significationes. Nam cum prima acuta effertur, idem significat quod accedo, cum dicimus : Adeo praetorem. Cum autem secunda, idem quod usque eo ; non quidem secundum rationem. quia ad praepositio accusativis accommodata est, sed vetusta quidem (quadam) loquendi consuetudine.

Argea loca Romae appellantur quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri.

Asparagus herba dicta quod in aspero virgulto nascatur.

Adsidelae mensae vocantur ad quas sedentes flamines sacra faciunt.

Anceps significare videtur id quod ex utraque parte caput habeat, ut securae bipennes. Sed magis a capiendo, quod ex utraque parte aequè captatur, appellatum est.

Ancus appellatur qui aduncum brachium habet, et exporrigi non potest.

Ancillae dictae ab Anco Martio rege quod in bello magnum feminarum numerum ceperit. Sive ideo sic appellantur quod antiqui *anculare* dicebant pro ministrare ; ex quo di quoque ac deae [feruntur coli quibus nomina sunt] *Anculi* et *Anculae* <.. *anculator* >.

Ancaesa dicta sunt ab antiquis vasa quae caelata appellamus, quod circumcaedendo talia fiunt. Ipsum quoque *caelare* verbum ab eadem causa est dictum, D littera cum L permutata.

Aen. 10, 677 veteres.. adorare adloqui dicebant ; nam ideo et adorea laus bellica quod omnes eum cum gratulatione adloquebantur qui in bello fortiter fecit).

ARMILUSTRIUM. Ad locum eiusdem nominis (in Aventino monte) spectat Gloss. Aff. (= Abol.) Armilustrium : quod armis locus lustretur. Crede igitur Festum sic scripsisse ut Varr. L. L. 6, 22 : Armilustrium ab eo quod in Armilustrio armati sacra faciunt, nisi locus potius dictus ab his ; sed quod de his prius (5, 153), id ab ludendo aut lustro, id est quod circumibant ludentes ancilibus armati. Cf. infra, s. v. Tubilustria (480, 25).

ARGEA. Cf. infra, s. v. Sexagenarios De Ponte (450, 36). Cf. Varr. L. L. 5, 45 : Reliqua Urbis loca olim discreta cum Argeorum sacra septem et viginti in <quattuor> partes Urbis sunt disposita ; Argeos dictos putant a principibus qui cum Hercule Argivo venerunt Romam et in Saturnia subsederunt.

ASPARAGUS. Ex Festo, puto, Gloss. Abba (= Abol.) Asparagus : quia virgas habet asperas ; Isid. Etym. 17, 10, 19 Asparagus, quod spinosa et aspera sit frutex eius ex qua gignitur. Scripsit igitur Festus quemadmodum Varr. L. L. 5, 104 : Asparagi, quod ex asperis virgultis leguntur et ipsi scapi asperi sunt, non leves ; nisi Graecum, illic quoque enim dicitur ἀσπράγος.

ANCUS. Hincine Gloss. Philox. AN 32 Ancus : mancus, καλλός, λοιμός ? Cf. Lib. de Praen. 4 : Ancum praenomen Varro e Sabinis translatum putat ; Valerius Antias scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui Graece vocatur ἀγκών.

ANCILLAE. anculare] de verbis anculare, i. e. ministrare, et ancilare, i. e. haurire, vid. ad 10, 16. Hinc nimirum Gloss. Philox. AU 7 Ancilator : ὑπηρέτης (unde, sed res obscura, Gloss. Nom. Anciator : minister fidelis et occulta sciens).

ANCAESA. Verbum vetus ancido, i. e. circumcido, alibi (et fortasse hic, a Verrio utique) in etymologia nominis ancile memorari solet. Cf. Varr. L. L. 7, 48 : Apud Ennium « mensas constituit idemque ancilia », dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte, ut Thracum, inoisa.

D litt. cum L] cf. infra, cf., s. vv. Melicae Gallinae (111, 21), Mediusfidius (133, 3), Odefacit (188, 13), Seliquastra (460, 2).

Aerosam appellaverunt antiqui insulam
Cyprum quod in ea plurimum aeris nas-
catur.

Aenesi dicti sunt comites Aeneae.

Aenatores cornicines dicuntur, id est cornu
canentes.

Aenariam appellavere locum ubi Aeneas
classem a Troia veniens appulit.

(Isid. Schol.) Aenaria quod ibi Aeneas clas-
sem appulerit appellata.

Audacia ab avide, id est cupide, agendo est
dicta.

Aceratum lutum cum paleis mixtum.

Aclassis (?) tunica ab humeris non consuta.

Arillator, qui etiam *coccio* appellatur, dic-
tus videtur a voce Graeca quae est αἶρε,
id est tolle, quia sequitur merces ex qui-
bus quid cadens lucelli possit tollere.
[Lucellum diminutivum est a lucro.]

Artitus bonis instructus artibus.

Arni caput agni caput.

Arsineum (—νόεum ?) ornamentum capitis
muliebris.

Artus ex Graeco appellantur, quos illi ἄρθρα

AEROSAM. Hinc nimirum Gloss. Cyrill. (=Philox.) Aerosus : πολύχαλκος. antiqui] an
Naevius (unde Verg. Aen 1, 622 genitor tum Belus opimam vastabat Cyprum)? an Ennius?
AENESI, scil. —sii. dioti sunt] a Naevio?

AENATORES. Ex Festo Gloss. Abol. AE 10 Aenatores : cornicines, qui cum cornibus
cantant. Ex Scholio Verg. Gloss. Abstr. AE 25 Aeneatores : tubicines. Suspicio hoc lemma
post Aenariam transponendum esse.

AENARIAM. Quae nunc ' Ischia '. Cf. Serv. auct. Aen. 9, 712 : Hanc (scil. Prochyta)
Naevius in primo Belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit ; sed Inarime nunc
Aenaria dicitur ; Plin. N. H. 3, 82 : Prochyta non ab Aeneae nutrice, sed quia profusa ab
Aenaria erat ; Aenaria a statione navium Aeneae, Homero Inarime dicta.

AUDACIA. Ad Plaut. Capt. 287 (avaritiam ipsius atque audaciam) monui hunc versum
non a Verrio hic memoratum esse.

ACERATUM. Cf. infra, 203, 8 (lutum aceratum paleis mixtum). Et vide ad Gallam
Bibere (85, 8).

ACLASSIS —ss— vel —s— codd. Cf. infra, s. v. Calasis (44, 28 tunicae genus). Hinc Gloss.
Philox. AC 67 Aclassi : λώματα (vel Aclassis : λώματα). Festusne igitur abl. casum (ex
scriptore nescioquo) exhibuit?

ARILLATOR. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Arillator : mercator ; Gloss. Philox. AR 117
Arillator : μεταβόλος ἀρχαίως (unde Gloss. Abav. AR 32 Arillator : cocio, μεταβόλος) ;
AR 90 Arillator : ἐψευτής (?), βωμοφόρος (!), πραγματευτής. Plenius igitur de vocabulo
Festus disputasse videtur. Cf. Gell. 16, 7, 12 : Item in Necyomantia cocionem pervulgate
dicit Laberius quem veteres arillatorem dixerunt. Ex scriptore vetere nescioquo profert
ps.—Placidus arilla <tores> cum glossa ' coccione, panniculario '. Ergo ar— ; cf. βωμοφόρος
(quasi ex ' ara ' et ' lator '), αἶρε.

ARTITUS. Ex Festo nimirum Gloss. Philox. AR 55 Artitus : πάντεχνος, δαίδαλος. Et
ex eodem fortasse veteris scriptoris versu quo Festus ps.—Placidus profert Artitus (nom.
sing.), cum glossa ' artibus edoctus '?

ARNI CAPUT. arni c. vel arne (=—nae) c. codd. : arnicaput (uno verbo) docti. Noli
quaeso huc Gloss. Philox. AR 91 (Arina : μήτηρ, κατὰ Βάρωνα) revocare, sed mecum
corrigere Amma μηρ, etc. Voxne erat Luciliana ' qui verbis Graeca Latinis miscuit '?

ARSINOEUM. Hinc Gloss. Philox. AR 53 Arsineum : διακρίμα. Sed illud
Ἀρσινόειον (cf. 320, 21 arsineum) vix potest διακρίμα, i. e. discrimen, significare.

ARTUS. Ex Festo (si recte emendavi) Gloss. Abol. AR 16 Artus : proprie iunctus (juven-
tus codd.), ἄρθρα (Arta codd.), membra.

dicunt. Sive artus dicti quod membra membris artentur.

Arquites (-cut- ?) arcu proeliantes, qui nunc dicuntur sagittarii.

Arvilla arvina, id est pinguedo corporis.

Artifices dicti quod scientiam suam per artus exercent. Sive quod apte opera inter se artent ; qua ex causa etiam et *artes* sunt appellatae.

Arytaenam sive *art<a>enam* vas ab auriendo sic appellabant.

Amsegetes dicuntur quorum ager viam tangit. *Amites* perticae aucupales. '*Ampendices*' dicebantur ab antiquis quod circumpenderent ; quos nunc *appendices* appellamus.

Ablegmina partes extarum (-tor-) quae dis immolabant.

Ambulacra ambulationes.

Amian (ἀμιαν) genus piscis < *Luçilius memorat* (1304) : *Sumere te atque amian* >.

Ameria : urbs in Umbria, ab Amiro sio appellata.

(Schol. Isid.) *Ameria* urbs Umbriae dicta <ab> Amiro conditore qui eo loco ex Corsa (?) profectus est ; *Pupulonium* (Po-) *Populonius* condidit, *Amiri* [s] frater ; *Scididium* (?) *Syllus* condidit, *Amiri* et *Populonii* frater ; *Perusiam* condidit *Auliscus*, qui *Romulo* adversus *Sabinos* auxilium tulit ; urbem

ARQUITES. Hinc Gloss. Philox. AR 114 Arcutes : τοξόται. Ex Festo videtur provenisse Gloss. Abol. AR 28 Arci[s]tes : sagittarius (-rios). Quae glossa quo evaserit audi et ride. Nam in Angliam transvecta ab Aldhelmo, glossarum illo acerrimo indagatore, in epistulam ad Eahfridum sic est inculcata : utpote belliger in meditullio campi *arcister*.

ARVILLA. -rb- codd.

ARTIFICES. Sanius Varr. L. L. 5, 93 : Ab arte artifex dicitur.

ARYTAENAM (ἀρύταιναν). art.] ut calfactus ex calēfactus. haur- codd. Gloss. Philox. AT 6 Atena (leg. Artaena ? leg. Atana ?) : εἶδος ποτηρίου ὁστρακ <in> ου ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται. Charis. 118, 29 profert ex Lucilio (17) : arutaenaeque, inquit, aequales (cf. Marx ad loc.)

AMSEGETES. Cf. supra (16,8) Amtermini. Unum vocabulum potius quam duo. Cf. Charis. 231, 11 (De praepositionibus Palaemon ita definit..) am, amfines, amsegetes, ambio, amplector ; 230, 13 (De praepositione, ut ait Cominianus) sunt accusativi casus ad.. am, am segetes.

AMITES. Ex Festo Gloss. Abol. (cf. AA) AM4. Amites : perticae aucupales in quibus retia suspenduntur. Haec quattuor ultima verba, nisi glossa corruptior esset, in textu adderem. In nostris codicibus glossarii 'perticae' in, fustes' transiit.

AMPENDICES. Suspicio ficticiam esse formam etymologiae causa positam. Hinc Gloss. Cyrill. (= Philox.) Appendix : κλάδος δένδρων περιεχυμένος (unde Gloss. Nom. Appendix : ramus ligni). De ramis igitur dixit Festus.

ABLEGMINA. quae] Itaque ablegmina ipsa non immolabantur.

AMBULACRA. Hincine Gloss. Abol. AM10 Ambulacrum : spatium ambulandi ? Ambulacrum dicit Plautus, ambulationem Cicero, etc. (vid. Thes. Lat.).

AMIAN. Cf. Varr. L. L. 7, 47 Apud Lucilium.. « sumere te atque amian », piscium nomina sunt eorumque in Graecia origo. Quoniam acc. casum et illum quidem Graeca forma exhibet Paulus, iure meo colligo Festum Lucilii versum citavisse.

AMERIA. Plin. N. H. 3, 114 Ameriam supra scriptam Cato ante Persei bellum conditam annis DCCCCLXIII prodit.

Vetus condidit *Vetulus*, *Vulsinium* *Vulsus*, *Bolateris* (*Volaterras*) *Volatrus* : hi tres fratres fuerunt, filii *Rasenna* regis ex Etruria ; habuerunt autem et alios novem fratres, id est *Pacidum*, *Falsum*, *Cortisum*. *Lusum*, *Persam*, *Trasonium*, *Beiolum*, *Apeleium*, *Tragum*, qui omnes urbes singulas condiderunt, easque a suis nominibus appellaverunt.

Adsipire et *praesipire* dicebant antiqui [a sapiendo], sicut nos quoque [modo] dicimus ab aequo iniquum, ab quaerendo inquirere.

Admissivae aves dicebantur ab auguribus quae consulentem iuberent.

Adulari est compositum ex accedendo et alluendo.

Addubanum dubium.

Adulter et *adultera* dicuntur quod et ille ad alteram et haec ad alterum se conferunt.

Aquilum colorem fuscum et subnigrum

<dixit *Lucilius* (1110).>. A quo *aquila* dicta esse videtur, quamvis eam ab acute volando dictam volunt. *Aquilus* autem color ab aqua est nominatus. Nam cum antiqui duos omnino naturales nossent, id est album et nigrum, intervenerit autem is quoque qui ita neutrisimilis est ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potissimum ab aqua eum denominarunt, cuius incertus est color. *Aquilo* ventus a vehementissimo volatu ad instar aquilae appellatur.

Anquirere est circumquirere.

Andron locus domicilii appellatur angustior longitudine in quo viri plurimi morabantur, ut *gynaecium* a mulieribus.

Apud et *penes* in hoc differunt quod alterum personam cum loco significat, alterum personam et dominium ac potestatem, quod trahitur a penitus.

Anxur vocabatur quae nunc *Tarracina* dicitur ; *Vulscae* gentis, sicut ait *Ennius* (Ann. 162) ; *Vulsculus* perdidit *Anxur*.

ADSIPIRE. (Cf. 54, 22 Consiptum, apud *Ennium* ; 56, 13). Cum hoc lemma et hic et infra (post lemma *Apud*) in codicibus appareat, uter ei locus proprius sit omnino non constat. —ere codd. persipere vel praecodd. infra || a sap. (immo saep.) om. codd. hic || sic codd. infra || modo (id est nunc) . om. codd. infra.

ADMISSIVAE. Cf. supra, s. v. *Arciva Avis* (15, 12).

ADDUBANUM. Cf. 59, 1 (*Dubat dubitat*).

ADULTER. Cf. infra, s. v. *Cumulter* (44, 1 significat cum altero). Hinc *Aug. Serm.* 51, 22 : Non eat ille ad alteram et illa ad alterum, unde appellatum est adulterium quasi ' ad alterum '.

AQUILUM (Cf. 24, 18 *Aquilus*). Ex Festo videlicet *Gloss. Philox.* AQ 22 *Aquilum* : μελανόν, ὡς Λουκίλλιος ; *Gloss. Abol.* AQ 1-2. *Aquilum* : fuscum, subnigrum, *Aquilo* : ventus. Quibus usus testimoniis Festum restituere incepti. *Aquilus* color est fuscus et subniger a quo *Paul.* Ex commentatione *Vergilii* emanasse potest *Gloss. Ansil.* (= *Abstr.*) *Aquilo* corpore : nigro corpore (*Plaut. Poen.* 1112). Quo in scriptore vetere reppererit *Ps-Placidus* suum ' di aquili ' (nom. plur.) non liquet, sed in margine adscripta sunt : dii inferi, *aquilos* antiqui *nigros* dicebant (unde *Gloss. Ampl.* II *Di aquili* : manes inferi). Alluditne *Vergilius* cum dicit (*Aen.* 5, 2) *fluctusque atros Aquilone secabat* ?

AQUILA. Cf. *Serv. auct. ad Aen.* 1, 394 : *Aquila* propter *aquilum* colorem, qui ater est. volando] videndo *Hildebrand.* Cf. *Isid. Etym.* 12, 7, 10. : *Aquila* ab acumine oculorum vocata.

APUD. Cf. 11, 27, s. v.

ANXUR. Cf. *Plin. N. H.* 3, 59 *Tarracina* oppidum lingua *Volseorum* *Anxur* dictum.

Aquarioli dicebantur mulierum inpudicarum sordidi adseculae.

Aquipenser genus piscis.

'*Apellinem*' antiqui dicebant pro Apollinem. *Aperta* idem Apollo vocabatur quia patente cortina responsa ab eo dentur.

Abditivi abortivi.

Ape apud antiquos dicebatur prohibe, compece.

Apua genus minimi pisciuli.

Abs praepositio a Graeco deducitur; significat autem retractationem in partem posteriorem.

Apollinares ludos [hoc est in laude Apollinis] populus laureatus spectabat, stipe data pro cuiusque copia.

Apiculus filum quo flamines velatum apicem gerunt.

Abacti magistratus (-tu ?) dicebantur qui coacti deposuerant imperium. *Agere* modo significat ante se pellere [id est minare], Virgilius (Eel. 9, 24) « et potum pastas age » : modo significat iurgari, ut dicimus 'agit cum eo furti' : modo rependere, ut cum dicimus 'gratias ago' : modo verbis indicare, ut cum dicimus 'causam ago' ; quin etiam si accessit gestus et vultus quidam decor, ut cum scaenici agere dicuntur.

Abitionem antiqui dicebant mortem.

(Gloss. Fest) *Abzet* ; extincta est vel mortua. Lucilius in XXII (581) « primum Pacilius tesorophylax pater abzet ».

AQUARIOLI. Hincine Gloss. Abol. OV4 Aquariolus : puer lenonis sic dicitur ; Gloss. Philox. BA 14 Bacario (aquariolus) : *πορνοδιάκονος* ?

AQUIPENSER. Hincine Gloss. Philox AQ3 Aquipenser *εἶδος ἰχθύος* ? Cf. Macrobr. 3, 16, 1 : Nec accipenser quem maria prodigis nutriunt illius saeculi delicias evasit, et ut liqueat secundo Punico bello celebre nomen huius piscis fuisse, accipite ut meminerit eius Plautus in fabula quae inscribitur Bacaria, etc. Cf. Cf. Lucil. 1240 acupensere cum decimano.

APELLINEM. Ex Macrobio (1, 7, 15 Apollinem apellentem mala intellegas, quem Athenenses *ἀλεξίκακον* appellant) discere videmur fictam etymologiae causa esse formam.

APE (Cf. 17, 7 *apere*, comprehendere vinculo). Ex Festo Gloss. Philox. AP60 Ape : *κώλυσον, παρὰ Νεβίω* Obscurum autem est quod bis exhibet Gloss. Philox. AP 58, 63, *Apet* : *ἀποσοβει* (leg. *Apit* ?, leg. *Ape* ?). Etiam id quod habet glossarium minimae auctoritatis, Gloss. Cass. 90, *Apere* : abigere, a se movere (leg. *Apse* abigere ?). Neque tamen negari potest tot in testimoniis aliquid indicii subesse extitisse olim verbum *apere* 'arcere', 'prohibere'.

APUA. Cf. Plin. N. H. 31, 95 : Apuam nostri, *ἀφύην* Graeci vocant quoniam is pisciculus e pluvia nascatur. Ex eodem nimirum versu (Lucilii ?) quo Verrius ps. -Placidus profert illud apua (nom. sing.), cui glossa adscripta erat 'piscis minutus'.

ABS. Graeco] *ἄψ*. Cf. Vel. Long. 61, 5 : Quaeritur utrum per P an per B et S debeat scribi. quoniam et Graeci pronuntiaverunt Ψ litteram constare ἐκ τοῦ Π καὶ Σ ; sed qui originem verborum propriam respiciunt per B scribunt.

APICULUS. -lum Paul. (sed cf. ad 14,8 Amicinus). Cf. supra, s. v. Apex (17,6).

ABACTI. Ex scholione Vergiano Gloss. Abstr. AB 3 Abactus : ab actu remotus (cf. Isid. Etym. 10, 20) ?

AGERE. minare] Francogallice 'mêner' (ut infra, 23, 18 ; 98,1). Cf. Varr. L. L. 6, 41 : Incipiam hinc primum quod dicitur ago ; actio ab agitato facta ; hinc dicimus 'agit gestu[m] tragoedus' et 'agitantur quadrigae', hinc 'agitur pecus pastum', etc.

ABITIO. Suspicio Verrium ante de illo 'abire magistratu' dixisse.

ABZET. abiit (Osce). Praecessisse credo verum Atellanae fabulae in quo de muliere

Abgregare est a grege ducere ; *adgregare* ad gregem ducere ; *segregare* ex pluribus (-imis ?) gregibus partes seducere ; unde et *egregius* dicitur e grege lectus. Quorum verborum frequens usus non mirum si ex pecoribus pendet, cum apud antiquos opes et patrimonia ex his praecipue constiterint, ut adhuc etiam *pecunias* et *peculia* dicimus.

Acetare dicebant quod nunc dicimus agitare.

Au<c>tumnum quidam dictum existimant quod tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus.

Agedum significat age modo. Est enim adhortantis sermo.

Aulas antiqui dicebant quas nos dicimus ollas, quia nullam litteram geminabant. Itaque *aulicocia* exta quae in ollis coquebantur dicebant, id est elixa.

Avidus a non videndo propter nimiam cupiditatem appellatur. Sicut *amens* qui mentem suam non habet.

Aureliam familiam ex Sabinis oriundam a Sole dictam putant, quod ei publicae a populo Romano datus sit locus in quo sacra faceret Soli. Qui ex hoc *Auseli* dicebantur, ut *Valesii*, *Papisii* pro eo quod est Valerii, Papirii.

verbum usurpatum erat ; quoniam Luciliana prae ceteris excerpta sunt ab Italo illo docto cui has Glossas Festinas (Vat. lat. 1469) acceptas referimus. Nempe Pacilius Osce loqui solitus est ; cuius loquendi deliciarum humaniter et suaviter meminit dominus. *tesorofilax* *codd.* Cf. etiam infra, s. v. Abisse (24, 16).

ABGREGARE. Cf. 70, 25 Exgregiae ; 232 29 Peculatus ; 290, 34 Peculium. Ecce iterum coniunctam sub uno lemmate doctrinam neque adhuc alphabetica dispositione dispersam. Pertractata haec, v. g. a Cicerone (Rep. 2, 16 multaeque dictione ovium et boum, quod tunc erat res in pecore et locorum possessionibus ; ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur) ; a Varrone (L. L. 5, 92 pecuniosus a pecunia magna, pecunia a pecu ; a pastoribus enim horum vocabulorum origo), etc.

ACETARE. C pro G (cf. 222, 9 ; 254, 15).

AUTUMNUM. Varronis sententiam in L. L., quae interciderat in archetypo codice (L. L. 6, 9-10 tertium ab aestu aestas, hinc aestivum, nisi forte a Graeco αἰθεσθαί ; quartum autumnus *** ab sole) haud scio an recuperemus ex Isid. Etym. 5, 35, 4-5 (Aestas dicitur ab aestu, id est a calore.. autumnus a tempestate vocatus quando et folia arborum cadunt et omnia maturescunt), quasi ' ubi sol omnia augeat et matura reddat '. Utrum ex Donato in Verg. an ex Festo hauserit Isidorus non liquet.

AGEDUM. Debetne post lemma Acetare collocari ? Hincine Gloss. Cyrill. (=Philox) Agedum : ἄγε δῆ ?

AULAS. Hinc Gloss. Abol. AU 31 Aullas : quas ollas dicimus || aulicocia] De forma of. Act. Arv. 1, 21 exta aulicocia reddidit ; Varr. L. L. 5, 104 quod<ad> exta ollicoqua solet addi. De re cf. Varr. L. L. 5, 98 ; Liv. 41, 15,2 ; Plaut. Rud. 135 ; Gloss. Philox EX 188 Extar : olla ubi exta coquebantur. Cf. infra. s. v. Auxilla (23,8 olla parvula) ; Insipere Far in Olam (93,17) || null litt. gemin.] cf. ad 5, 26.

AVIDUS. (Cf. 13, 17 s. v. Avere). Ps. -Placidus videtur in scriptore vetere formam avido (1 sing) repperisse, cum glossa ' cupio '. Cuius formae mentio si hic praecesserat, magis in promptu erat haec etymologia. Cf. Gloss. Cyrill. (=Philox.) Avidoe : ἀπληστεύομαι

AMENS. Cf. 150, 6 Hincine Gloss. Abol. AM6 Amens : qui mentem non habet ? Cf. Varr. L. L. 6, 44 ; Amens qui a mente sua discedit

AURELIAM (Cf. 230, 21). Pervulgata fuit huius nominis etymologia temporibus Quintiliani (Inst. 11, 2, 31).

AUSELII, VALESII, PAPISII. Cf. 323, 5 etc.

Aemiliam gentem appellatam dicunt a Mamerco, Pythagorae philosophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Aemylos. Alii quod ab Ascanio descendat, qui duos habuerit filios, Iulum et Aemylon.

Aerumnulas Plautus (inc. 11) refert furcillas quibus religatas sarcinas viatores gerebant. Quarum usum quia Gaius Marius rettulit *muli Mariani* postea appellabantur. Itaque *aerumnae* labores onerosos significant. Sive a Graeco sermone deducuntur; nam αἰρεῖν Graece Latine tollere dicitur.

Aemidum tumidum.

Aequidiale apud antiquos dictum est quod nunc dicimus aequinoctiale, quia nox diei potius quam dies nocti adnumerari debet. Graeci quoque in hoc consentiunt

ἰσημερινόν, id est aequidiale, dicentes.

Aeruscare aera undique, id est pecunias, colligere.

Aequilavium significat ex toto dimidium. Dictum a lavatione lanae, quae dicitur aequilavio redire cum dimidium decedit sordibus.

Aeg <a>eum mare appellatur ut (quod) crebrae in eo sint insulae, ut procul aspicientibus species caprarum videatur. Sive quod in eo Aege Amazonum regina perierit. Sive quod in eo Aegeus pater Thesei se praecipitaverit.

Aestimata poena ab antiquis ab aere dicta est, qui eam aestimaverunt aere, ovem decus[s]is, bovem centusis [hoc est decem vel centum assibus].

Alucinatio erratio.

AEMILIAM. Cf. Plut. Aem. 2, 1; Num. 8, 11; Rom. 2.

AERUMNAE. Erant qui scriberent er-; cf. Charis. 98, 12: Erumnam Ennius ait per E solum scribi posse quod mentem eruat, et per A quod maerorem nutriat. Nego tamen huc referendum esse versus Lucilii 964 (cf. Class. Quart. 7, 117).

MUL. MAR. Cf. 194, 6, s. v.

AEMIDUM. Hinc Gloss. Philox. AE 13 Aemidus: πεφυσημένος (unde Gloss. Ab Abs Aemidus: tumidus, sufflatus; Gloss. Nom Aemidus: inflatus).

AEQUIDIALE. Ex Festo fortasse Glosss. Philox. (cum Cyrill.) AE 26 Aequidialis: ἰσημερινός (unde Gloss. Nom. Aequidialis: aequinoctium).

AERUSCARE. Adderem 'ut Livius', nisi corruptior glossa esset glossarii Philox. (ex Festo nimirum sumpta) AR 64 Aroscit: πλανᾶται ὡς Αἰβίος. Quo ex scriptore (Livio, et in eodem versu, puto) protulerit ps. -Placidus participium aeruscans (nom. sing., ut vid.) cum glossa (ut vid.) 'aes minutum accurate contrahens' non liquet; illud tamen liquet vocem eam de mendici erratione usurpatam; et Leo (sed satis temere) affirmat Livium de Iro mendico in Odyssea dixisse (Od. 18, 18 ἀλήτης). Ad partes vocat Buecheler etiam Lydum (Mens. 4, 110 ἐρρουσάλους 'Ρωμαῖοι τοὺς ἀλήτας καὶ πλανωμένους καλοῦσιν. οἱ δὲ ἰδιῶται ἐρρούλλους αὐτοὺς ἐξ ἀγνοίας λέγουσιν).

AEQUILAVIUM. Hincine Gloss. Ab Abs. (= Abol. ? = Philox. ?) Aequilatum: aequatio?

AEGBAEUM -eum codd. Cf. Varr. L. L. 7, 22: Pacui «liqui in Aegeo fretu».. Aegeum dictum ab insulis, quod in eo mari scopuli in pelago vocantur ab similitudine caprarum aeges.

(p. 155) AESTIMATA POENA. Cf. 220, 27; 270, 4; s. v. Multam Maximam (129, 14).

ALUCINATIO. Cf. 66, 19, s. v. Elucum. Cf. Gell. 16, 12 Cloatius Verus in libris quos incipit Verborum a Graecis Tractorum.. errare, inquit, dictum est ἀπὸ τοῦ ἔρρειν... item alucinari factum scripsit ex eo quod dicitur Graece ἀλύνειν, unde elucum quoque esse dictum putat, A littera in E versa, etc. Ex alio Gellii loco (iam deperdito) Nonius (121, 20) Haluci-

« *Adigas* » dare cogas.

Acies, acumen, acus et *acuere* dicuntur ab ἀκόνη, quam Latine dicimus cotem.

Auxilla olla parvula. (Axillae alae parvulae ?).

Amputata, id est circumputata, dicuntur ab eo quod antiqui *putum* pro puro dicebant. Unde deducuntur *pudor* et *pudicus*.

Appia via et aqua ab Appio Claudio est appellata.

Ariminum a nomine fluminis propinqui est dictum.

Animula urbs parvarum opum fuit in Apulia. <Plaut. Mil. (647) :

post Ephesi sum natus, non enim in Apulis ; non sum Animulā>.

Arca diminutivum facit *arculam* et *arcellam* ; ut a porco porculum et porcellum, a mamma mammulam et mamillam.

Alebria bene alentia.

Agasones equos agentes [id est minantes].

Arcubii qui excubabant in arce.

Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant quod antiqui umeros cum brachiis *armos* vocabant. Unde *arma* ab his dependentia sunt vocata.

Abalienatus dicitur quem quis a se removerit. *Alienatus*, quia alienus est factus.

nari : aberrare et non consistere atque dissolvi et obstupescere atque tardari honeste veteres dixerunt, ut est : Et assiduo oscitantem vidit atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis alucinationes.

ADIGAS (scil. iusiurandum). Corrige Thes. Ling. Lat. I, 678,60.

ACIES. acus] Aliter 8, 23, s. v. Acus.

AUXILLA. Quae in textu dedi sunt sane Pauli ; aliena tamen a Festo, si iure Thurneysen (Thes. Lat. s. v. aula) nomen aula (aulla, òlla) diminutive ab alvus vocabulo ductum dicit. Quocum equidem sentio suspicatus ea quae supra (3, 10) s. v. Axilites adieci, hic revera esse collocanda, et malam lectionem ' Auxillae alae parvulae ' vetustiores aliquot Festi codices invasisse. Audi tamen alteram partem. Nam Heraeus mutat λύτρα in χύτρα in Gloss. Philox. AU 117 Auxilium (leg. -illa ?) : ἱέων λύτρα ἢ συμμαχία.

AMPUTATA. Cf. 96, 18 Imputatum ; 240, 9 Putum. Quae omnia ad eundem fontem revocare vult Reitzenstein (Verrianiische Forschungen 33).

ANIMULA. Illud ' parvarum opum ' latrat ut Plautinum versum adiciam.

ARCULA. Hinc Gloss. Philox. (si recte sic emendo ope Glossarii Cyrill.) AR 102, 129 Arca, Arcula, Arcula : κιβωτός, λάρναξ. Arcella : κιβώτιον Cf. Diomed. 326, 6 : Arca, arcula, arcella, arcellula ; Varr. L. L. 9, 74 : Lectus et lectulus, arca et arcula. Sed cur hae diminutivae formae praeferantur non possum divinare, nisi scripsit Festus <non ' arclam ' sed> arculam.

ALEBRIA. Cum Gloss. Nom. (quod ex Gloss. Philox. haurire solet) duas glossas exhibeat (Alerius : bonus alumnus, Alero : nutrimentum), credo Gloss. Philox. duas prius exhibuisse et illas quidem ex Festo haustas. Nunc una solum superest, AL 18 Alerius : εὐτροφος θρεμβος τροφεύς (leg. Alebris : εὐτροφος, θρεπτὸς ἢ τροφεύς ?). Alteram, quae periit, credo fuisse Alebre : ? (unde Gloss. Abba Alebre : pulchrum, bene educatum ; Gloss. Ampl. I Alebre : alimentum ; Gloss. Ampl. II Alebre : quod bene a quibus alitur).

AGASONES. minantes] cf. 21, 13, s. v. Agere.

ARCUBII. Quasi ' ar(c)i - cubii'.

ARMILLAS. armos, arma] cf. 3, 24 s. v. Arma.

ABALIENATUS. Differentia igitur exponitur inter Alienatum, i. e. alienum factum, et Abalienatum, i. e. alienum factum et a se remotum.

Adserere manum est admovere. Quo ea quoque quae in terra[m] demittuntur *aeri* dicuntur. Unde etiam *serae* appellantur, quia foribus admotae opponuntur defixae postibus quemadmodum ea quae terrae inserunt.

Arvum dicimus agrum neodum satum.

Apica dicitur ovis quae ventrem glabrum habet.

Ae syllabam antiqui Graeca consuetudine per AI scribebant, ut aulai, Musai.

Au <ci> ata saepe aucta.

Abercet prohibet[ur].

Advosem adversarium, hostem.

"*Axe adglomerati universi stantes*", id est cohortibus aut legionibus,

† *Aerumaeruma* utensilia ampliora.

Aevolunt (?) avolant.

Astasent (?) statuerunt (?).

"*Ambiaxioque circumeuntes*", catervatim.

Apor (?) apud

Anosio (?) annuo.

Anticum veteres etiam pro ianua posuere.

ADSERERE. Cf. 460, 17 s. v. Sertorem. Cf. Varr. L. L. 6, 64 : Quod dicimus disserit item translaticio aequae ex agris verbo ; nam ut olitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus.. hinc adserere manum, in libertatem cum prendimus ; sic augures dicunt, etc.

SERAE. Cf. infra, s. v. Reserari (354, 29).

ARVUM. Cf. Varr. R. R. 1, 29, 1 : Arvum, quod aratum neodum satum est. Cf. 460, 22 Seges.

APICA. Cf. Varr. R. R. 2, 2, 3. Noli huc referre pravam in glossariis lectionem Apiciosus (pro Alapiciosus ; cf. Gr. ἀλωπεξία) : calvus.

AE. aulai] Vergilianum versum dicit, siquidem primus Vergilius vocem aula in sermone poeticum induxit. Musai] Enniusne usurpaverat ? Nam Catonianam formam esse non affirmat Pompeius 297,30 : Diaeresis est 'Albai Longai' (Enn. Ann. 33) pro eo quod est Albae Longae, ut est illud apud Vergilium (Aen. 9, 26) 'dives pictae vestis et auri', (Aen. 8, 354) 'aulai medio libabant pocula Bacchi' ; una syllaba in duas divisa est ; lege Verrium Flaccum et Catonem ; ita enim scribebant maiores nostri, 'aulai'..sic et 'Musai'.

ABERCET. Cf. ad 14, 24 Abaroet.

ADVQSEM. Ex Festo nimirum Gloss. Philox. AD 7 Advoses : ἐναντίοι. Tria haec lemmata arctius coniungenda videntur : Advoses (id est hostes ; quasi 'adversarii'), Axe adglomerati universi stantes (id est cohortibus aut legionibus instructi ; scilicet Romani), Ambiaxioque circumeuntes (id est catervatim). Sed et cetera vicina ex Carm. Saliari provenerunt. Siout ex participio sanatus Sanates nomen evasit, ita ex adversus (-vers-) advorses (-os-vel -oss- ; cf. prosus prosa oratio et prorsus).

AXE, etc. Versus Saturnius ? an universim ?

AERUMA. An Aeruma <sunt>ut. ampl. ? (cf. ad 26,1).

AEVOLUNT. aevolunt vel aeoluunt codd.

ASTASENT. Expetes Astasint (i. e. -assint) steterint. Cf. Whatmough (Class. Quart. 17, 202).

AMBIAXIOQUE, etc. versus Saturnius ? ambia- vel amba-, que vel quae codd.

APOR. Cf. Mar. Victor 9, 17 : Sed nos nunc et adventum et apud per D potius quam per R scribamus, arventum et apur, et linguam per L potius quam per D, etc.

ANOSIO. am- codd. An anosio ?

ANTICUM. Cf. 244,1 infr. Posticum. Antiquum codd. etiam] Scripseratne Verrius ut

Aestimias aestimationibus (-nes ?).

Abisse pro adisse dicebant.

Abambulantes abscedentes.

Aquilus praenomen (?) ab *aquilo* colore, id est nigro, est dictum.

Antiquare est in morem pristinum reducere.

Attinge pro attingam posuere.

Appellitavisse appellasse.

Alteras ponebant pro eo quod est adverbium alias.

Argutum iri (ire ?) in disorimen vocari.

Aureas dicebant frenos quibus equorum aures rediguntur (religantur).

Audacias pluraliter Cato dixit.

"*Ausis*" audeas.

Audax deminutivum facit *audaculus*.

Arvocitat saepe advocat.

Annaria lex dicebatur ab antiquis ea qua finiuntur anni magistratus capiendi.

Aliorsum et *illorsum* sicut introrsum dixit Cato.

Abietaria negotia dicebantur quam materi <ari>am nunc dicimus; videlicet ab abietibus coemendis.

Aletudo corporis pinguedo.

Aeribus pluraliter ab aere, id est aeramento, Cato dixit (orat. frag. 64, 2): <Aeribus equestribus de duobus milibus a co>.

"*Adduis*" addideris.

Aristophorus vas in quo prandium fertur, ut discus.

Adlicit est perducit aliquem in rem; dictum

puta: sicut nos posticum, veteres etiam anticum, etc. ? ianua] omnia (om̃a) *codd.*: an meridie ?, an antea ? (cf. ad 7, 24).

AESTIMIAS. *Vix* -aes. Ex Festo Gloss. Abba (= Abol.) Aestimiae (-am): aestimationes.

ABISSE. Ut puta 'abisse Graeciam' (cf. abisse Athenas), 'abisse aedes suas' (cf. abisse domum), 'abisse agros longinquos' (cf. abisse rus). || adisse] obisse *docti* (cf. ad 21, 19 Abitionem: mortem). Ceterum cf. adimo pro 'abimo'; nisi mavis credere Verrium (et Festum) de obisse (non 'abisse') pro adisse mentionem fecisse.

ABAMBULANTES. Aliena videtur gl. Philox. AB 5. Abambulo (Ob-?): κατ' ἰδίαν περιπατῶ. Cf. s. v. Obambulare (203, 1).

AQUILIUS. aquilo col.] Cf. 20, 7 Aquilus Color.

ANTIQUARE. Cf. ps. -Plac. Antiquare: quae ante in augures sunt, alii antiquare ad statum revocare (glossa nondum sanata). Ex Festo, credo, Gloss. AA (= Abol.) Antiquare: veterem (scil. legem), id est ut fuerit, videre antiquam esse, vel notare. Quae glossa (si recte intellego illud antiquam pro 'laudabilem') monere videtur etiam Festum de illo quod est antiquior, i. e. laudabilior, dixisse (cf. ad 24, 14).

ATTINGE. Cf. 63, 18 Dice. De Catoniana illa futuri ind. forma -e (-es, -et) pro -am (-es, -et) cf. Quint. 1, 7, 23; 9, 4, 39. Catoni hanc et sequentes glossas attribuere licet.

APPELLITAVISSE. App. <saepe> app. *Thewr*.

ALTERAS. Cato usurpavit (inc. libr. frag. 1).

AUREAS. (Cf. 8, 5, s. v. Aureax, ubi 'religa-').

ARVOCITAT. Ut Cato etiam arvectum, arvehant.

ANNARIA LEX. Scil. ut Lex Villia Annalis.

ABIETARIA NEGOTIA. Similiter maritima negotia (Plaut. Trin. 331).

ALETUDO. Hincine Gloss. Cyrill. (= Philox.) Aletudo: τροφή?

ADDUIS. -es Paul. (vix cum addideris fut perf.) Cf. infra, s. v. Duis (58, 17... pro dederis); s. v. Produit (254, 17 porro dederit .. alias prodiderit). Ex Festo (adduis), ni fallor, Gloss. Philox. AD 111 Adduo: προστιθῶ.

ARISTOPHORUS. -rum Paul. (cf. ad 14, 8, s. v. Amicinum).

ADLICIT. frust.] i. e. frustratorem (subiect, non obiect.). Cf. infra, s. v. Lacit (104, 16 inducit in fraudem; inde est allicere et laceßere; inde lactat, illectat, oblectat, delectat);

a verbo *laci*, id est decipit. Hinc descendit *inlicere* et *oblectare*, id est frustrantem inducere.

Abnutare saepe abnuere. <Plautus (Capt. 611)>.

Aliae rei dixit Plautus pro eo quod est *ali rei* (Mil. 802).

Adfabrum fabrefactum.

Ali modi pro *alius modi*.

Aeneolo quod ex aere fit dicimus. *Aenulum* vas ex aere parvum.

Ad exitam aetatem ad ultimam aetatem.

Amatio ab amore denominatum.

Anginam vinariam habere dicuntur qui vino suffocantur.

Adulterina signa dicuntur alienis anulis facta.

"*Arabice ole*" id est ex odoribus Arabicis. *Ausculari* dicebant antiqui pro *osculari*, quod est os cum ore conferre.

Adaxint (Plaut. Aul. 50) adegerint.

Argus oculus (Plaut. Aul. 555). Argus nomen est hominis qui fuisse fingitur oculis plenus.

Amasso amavero.

Amiculum genus [est] vestimenti, a circumiectu dictum.

Audititavi (Plaut. Stich. 167) saepe audiui.

Adlibescit (Plaut. Mil. 1004) libere incipit [hoc est lividum fieri].

(103, 25 decipiendo inducit ; lax etenim fraus est). Ex adnotatione Plauti (Asin. 221 in lex ? Bacch. 1151 *inlicere* ? Bacch. 792 *tenuis* ?) credo Nonium (6, 15) sumpsisse citationem Naevii Lyeurg. (26) *inlicite*, quod vix est imperativum verbi ' *inlicere* ' (4 Coniug., non 3) sed potius verbi ' *inlicire* ' (i. e. *licis ornare*). Et intellege, *âlis inlicite* ' velut in Aen. 4, 121. Vide meum libellum (Nonius Marcellus Dictionary, Oxon 1921). Et vide infra ad Inlex (100, 15).

ALIAE. *ali*] Solet Festus -i pro -ii scribere. *Ali rei.. aliae rei* **codd.**

ADFABRUM. Cf. Gloss. Cyrill. (= Philox.) Adfaber : ἐντεχνής (unde Gloss. Nom. Affaber : magister).

ALII. ' *ali* ' forma Festina est, non Plautina (cf. supra ad *Aliae*).

AENEOLO. Abl. (dat.) casus igitur erat in Plautino versu. Sed hoc lemma obscurius. Hinc fortasse Gloss. EE (= Abol.) Aenulum : ' *oetil* ' (Anglosax. ; Anglice ' *kettle* ').

AD EXITAM. Eundem Plauti versum potest citavisse ps. -Placidus *Exitam* : finitam, exactam. || *exitam*] Ut ' *subitus* ' et (si recte conieci) ' *peritissimus* ' (ab eo quod est *per*eo) Plaut. Aul. 723.

AMATIO. Vox Plautina (cf. Thes. Ling. Lat.). Ex grammatico nescioquo hausit hanc vocem Nonius (70, 22) cum citatione Plautini versus (Rud. 1204). || *Amutio* **codd.**

ADULTERINA. Cf. Plaut. Bacch. 266 (*adulterinus symbolus*).

ARABICE. Ole vel oles **codd.** Cf. Plaut. Cornic. fr. vii face[re] olant aedes Arabice.

AUSCULARI. Ita saepe in Plauti codicibus. Ps. -Placidus citat ; *ausculatus* '. || *osculari*] Cf. Varr. L. L. 6, 76 : Oro ab ore.. et osculum dictum.

ADAXINT. Ex grammatico nescioquo hausit Nonius (75, 3) : *Adaxint* : *adigant*, Plautus Aulularia (50) " *Utinam me divi adaxint ad suspendium* ".

ARGUS OC. Plaut. Aul. 555 : Argus.. qui oculus totus fuit.

AMASSO. Plaut. Cas. 1001. Vide infra ad *Casinam* (53, 19).

AMICULUM. Gen. vest. vel gen. est vest. **codd.** circumiectu] (Cf. 16, p, s. v. *Amtermini*). Cf. Varr. L. L. 5, 132 : *Amictui* dictum quod *amictum* est, id est circumiectum.

AUDITITAVI. *Audititavi* **codd.** : **correxi** (Class. Quart. 7, 5) Plaut. Stich. 167 : *Audititavi* saepe hoc volgo dicier (*auditavi* vel aut *divi* **codd.** Plaut.) Collocandumne hoc lemma post lemma *Auctor* ?

ADLIBESCIT. *Adlibescit* libere vel *adliv-* *liv-* **codd.**

Atticissat Attice loquitur. Plautus (Men. 12)

"Non Atticissat, sed Sicilicissat", id est Sicule loquitur.

Atritus (Plaut. Poen. 1290) atrii coloris.

Aegyptinos Aethiopus <Plautus dicit> (Poen. 1291)>.

Advelitatio (?) iactatio quaedam verborum, figurata ab hastis velitaribus.

Velites dicuntur expediti milites, quasi vol<it>antes.

Auctor communis erat generis apud antiquos.

Adnictat saepe et leviter oculo adnuit.

Naevius in Tarentilla (76): Alii adnutat, alii adnictat, alium <h>amat, alium tenet.

Atriplexus herba quae nunc atriplex dicitur.

Adoptaticius ex adoptato filio natus.

Aleonem aleatorem <dicat> Naevius (com.

118): Pessimorum pessime, audax, ganeo, lustrum, aleo. *Aditiculum*, parvum aditum.

Atra bilis ab atro, id est animi, vitio dicta.

Est enim *atrum* nigrum, id est a candore remotum.

ATTICISSAT. sed Sicilicissat] Ita in optimo codice utriusque familiae, et certe in archetypo. Noli igitur errorem aliquot scribarum 'sed sicilicissat' in ullo numero habere. Plauti tamen codices habent (P, A n. l.) 'verum Sicilicissat', sicut nimirum Plautus scripserat. Potest igitur Paulus Plautina verba deformasse; potest ipse Verrius negligentius citasse.

ATRITUS. -tas codd. Plaut. Poen. 1290: Ita replebo <eam> atritate, atritior multo ut siet Quam Aegyptini qui cortinam ludis per circum ferunt (atritior A, atrior P).

ADVELITATIO. (Cf. 507, 1, s. v. Velitatio). Si Plaut. Rud. 525 (equidem me ad velitationem exerceo) tractaverat Verrius, corrigas licet errorem Pauli sic puta 'Ad velitationem: Iactatio quaedam verborum <dicatur>, etc. Potest tamen Verrius legisse «advelitatione». Velites] Cf. Isid. Eym. 18, 57: Velites autem nuncupatos sive a volitatione, sive a civitate Etruscorum quae Veles vocabatur; 9, 3, 43.

AUCTOR. Cf. Serv. ad Aen. 12, 159 (auctor ego audendi): hic et haec auctor, sed tunc cum ab auctoritate descendit, ut hoc loco; cum autem venit ab eo quod est augeo et auctrix facit, ut si dicas 'auctor divitiarum' vel 'auctrix patrimonii' || Plaut. Stich. 129: At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus.

ADNICTAT. Oc. adn.] Cf. Gloss. Abol. (AN 8) Annuit oculo: oculo ostendit. Credo locum Festinum plenius exscriptum ab Isidoro (Etym. 1, 26, 2): Naevius (Ennius Isid.) de quadam impudica:

Quasi in choro pila ludens datim dat sese et communem facit;

alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet (al. ten. al. adnu., oatt. om Isid.)

alibi manus est occupata, alii pervellit pedem,

alii spectandum dat anulum, a labris alium invocat (dat an. sp. Isid.)

cum alio cantat, attamen aliis dat digito litteras.

Adnictare (inf. praes.) reperit ps. -Placidus in scriptore vetere nescioquo, cum glossa 'adridere', 'invitare'. Et Plautus teste (nec spernendo) Fulgentio tert. plur. nictant usurpavit (Mil. 93): Itaque hic meretrices, labiis dum nictant ei (eum codd.), maiorem partem videas valgis saviis. Cf. infra, s. v. Nictare (182, 30).

ATRIPLEXUM. Ex Graeco quod est ἀτράραξος. -um Paul. (sed cf. ad 14,8 Amicinus).

ADOPTATICIUS. (Cf. Thes. Ling. Lat.) Illud Adoptarius glossarii a Scaligero congesti aut reperit Scaliger aut, quod est veri similis, ex depravata lectione vocabuli Festini refinxit in glossario deperdito: Adopt. : puer ex adoptato natus.

ALEONEM. dicit addidi (per compendium in Festi codice scriptum?). Nisi quidem in alio versu Naevius acc. casum usurpaverat. (Cf. ad Anctos).

ADITICULUM. Iterum acc. cas. An Adyt. p. adyt. ?

ATRA BILIS. Atrabilis - dictus Paul. Ita distinxi ut non 'atrum' sed 'atrum vitium' μελαγχολία sit. || a cand.] Quasi a-trum ?

Anctos exoruciatos.

Anatem dicebant morbum anuum [id est vetularum], sicut *senium* morbum senum.

Altaria ab altitudine sunt dicta, quod antiqui dis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant, dis terrestribus in terra, dis infernalibus in effossa terra.

Assa dicebantur cantus tibiarum.

Aves ab adventu earum dicuntur, quod inde veniant unde non quis suspicetur.

Agolum pastorale baculum quo pecudes aguntur.

Abortum gravidæ mulieris dicitur quod non sit tempestive ortum.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. AA = Abol.) *Abiugassere* : abiugare, dissolvere. *Abiugat* : dissociat, a iugo removet, non convenit.

(Gloss. Abol. AD 6) *Adiugat* : coniungit.

(Gloss. AA) *Adescit* : aderit, praesens erit.

(Gloss. Abol. AG 8) *Agrippa* : qui in pedes nascitur.

ANCTOS. Eundem casum exhibuit Festus ; nam ex Festo hausit Gloss. Philox. AN 40-41 *Anctos* : ἀναγκασθέντας, *Ancti* : ἀγγόμενοι Item ex Festo ni fallor, Gloss. Aff. (= Abol.) *Ancti* : exoruciati.

ANATEM. Cf. infra, in parte ii., s. v. *Anet*. Ex Festo nimirum Gloss. Philox. AN 19 *Anas* : γῆρας κατ' ὀργὴν θεῶν. Sed vix constat de Gloss. Aff. *Anatum* : miserum (leg. *Anatem* : miseriam ?, leg. *Anctum* : miserum ?). Abl. casum anate ex scriptore vetere protulit ps. -Placidus cum glossa ' sollicitudine, cura ' || *Senium*] cf. 454, 30, s. v.

ALTARIA. Haud scio an sic explenda sit illa manca glossa quam ex Festo hausisse videtur Gloss. Abol. AL 13. *Altaria* : arae in altitudinem instructae divinatorum <dis superis faciendorum gratia>. Quibus praemittenda haec (nempe ex Festo) addit Gloss. AA. (= Abol.) *Altaria* : arae dictae ab altitudine. Eiusdem etymologiae plura exempla congessit Thes. Lat. Aliam approbavit Festus supra (5, 11). Cf. Serv. auct. Ecl. 5, 66 : Varro diis superis altaria, terrestribus aras, inferis focos dicari adfirmat.

ASSA. Id est : Assa (scil. cantioa) dic. can. tib. (scil. sine voce humana). Vix : Assa (scil. voce) dic. (i. e. canebantur) can. tib.

AGOLUM. -ul- *Nettleship*.

ABIUGASSERE. abiugare Goetz : abnegare codd. Ex Festo Gloss. Philox. Ab 40 *Abiugassere* : ἀποζεύξαι (unde Gloss. Abba *Abiugassere* : disiungere). Ps. -Placidus repperit eandem formam, fortasse in eodem versu, cum glossa ' abiungere abducere ' ?

ABIUGAT. dissociat AA : dissolvit Abol. Ex Festo videlicet Gloss. Philox. AB 44 *Abiugat* : ἀπολύει. Nonius (73, 20) citat Pacuv. Med. 222 « Quae res te a stabulis abiugat ? Certum est loqui », cum glossa ' separat alienat '. Obscura sunt Gloss. Philox. AB 45 *Abiugus* (-ges ?) ΟυσΙΑΙ ζῶσαι (ἀζυγεῖς ?) ; Gloss. Abba (= Philox. ?) *Abiuga* : a iugo semota vel dissociata. Cf. infra, s. v. *Iuges* (92, 22 eiusdem iugi pares ; unde et coniuges et seiuges).

ADIUGAT. Nonius ex grammatico nescioquo duas huius formae citationes, Pacuv. 93 et 195, sumpsit, cum glossa ' adiungit '. Ps. -Placidus repperit inf. praes. *adiugare*, cum glossa ' adiungere adducere '.

ADESCIT. Hanc formam (tert. pers.) exhibuit Festus, nam ex Festo hausit Gloss. Philox. AD 32 *Adesoit* : κολλᾶται (male intellexerat ' aderet ' quasi ' adhaeret ' !). Cf. infra, s. v. *Escit* (68, 1) ; s. v. *Superescit* (394, 6).

AGRIPPA. Cf. Gloss. Philox. (ex Festo ?) AG 25 *Agrippa* : ὁ ἐπὶ πόδας γεννηθεὶς. Et ex Signif. Verb. potest haurire Nonius (557, 1) : *Agrippae* qui cum labore matris eduntur,

(Gloss. AA) *Altiboans* : altisonans ;
hic autem deus est qui ex alto
sonat.

(Gloss. AA) *Anet* : anus est ; sed ab
hoc <anitas> senectus.

(Gloss. AA) *Anticipassit* : ante ceperit
et prius prehenderit, ante fecerit.

? (Gloss. Abol. AP 2 cum Gloss. AA)
Apagē sis : abscede, sic sanus sis.
Apagē : proverbiale, vox aver-
santis illa adversus quae dicit.

(Gloss. AA) *Apra* : folia vitea. <Titi-
nius...>.

? (Schol. Isid. ; Gloss. Fest.) *Apulia*
a perditione nominata — *apolia*
(ἀπόλεια) enim Graece perditio
dicitur — eo quod ibi sol calore
nimio perdit virentia quaeque.
[Sed et sol Apollo ex hac perdi-
tione vocatus est.] [Apulia] Gi-
gnit animal lepori simile quod

prosperum κατ' ἀντίφρασιν dici-
tur ; quodcumque enim animal
tetigerit praeter hominem ilico
moritur. Hoc et subitellus (-te-
lus ?) dicitur vel quia (quod ?)
subito perimit vel quia celer est.
[Nam nimium currit] Fertur
etiam tres pedes habere ; nam
quartus brevis est et usque ad
terram non pertingens (-git ?).

(Gloss. Philox. AR 38 et 37) *Armites* :
παράταξις ἐνόπλων, ὁπλῖται οἱ ἐν
ἐσχάτῃ τάξει.

(Gloss. Philox. AS 21) *Astraba* : σάνις,
ὕποπόδιον.

B

I. EX PAULO DIACONO.

Bona, id est substantia rerum, dicta sunt
quod digna sint bonis.

hoc est per pedes contra naturam, non per caput ; quasi ab aegro partu. Ex scriptore
vetere nescioquo profert ps. -Placidus acc. plur. Agrippas, cum hac glossa ' qui pedibus
editiore capite pariuntur ' Vide Thes. ling. Lat. s. v.

ALTIBOANS. hic] citaverat igitur poetam (Ennium ?) Festus. Cf. Gloss. Abba Altiboans : in alto ex alto sonans. Eandem formam, cum eadem glossa ' altisonans ', repperit
ps. -Placidus, nimirum in eodem versu, sed glossator perverse addiderat haec : Ut Vergilius
« reboantque silvae cicadas » (cf. Geo., 3, 223 ; Ecl. 2, 13). Ex gl. deperdita Philoxeni
hausit Gloss. Nom. Altiboans : alte clamans.

ANET. anec es **vel** anes **codl**. Cf. Gloss. Philox. AN 27 et 14 Anet : γηράσκει, γηρᾶ.
anitas] Infra exhibent Anitas : senectus **codd**. Cf. Gloss. Philox. AN 8 Anitas : γερούσια.
Citavitne Festus Plaut. Merc. 755 « verum hercle anet » ? Cf. supra, s. v. Anatem (26, 24).

ANITAS. Ps. -Placidus hoc vocabulum alicunde protulit.

APAGE SIS. Quale Ciceronianum illud ' capsis ' (Orat. 154), tale potest fuisse id quod
ps. -Placidus ex vetere scriptore protulit : apax<is> te, cum glossa ' duc te (tu **codd**.),
ἀπὸ τοῦ ἄπαγε dictum '.

APTRA. Ex Festo Gloss. Philox. AP 8 Apra : ἀμπελόφυλλα, ὡς Τιτίνιος. Sed utrum
ex Philox. an ex Abol. hauserit Gloss. AA non satis constat

APULIA. Sed.. Ap.] **om. Gl. Fest. sub.**] -telus **Gl. Fest.** quia] quod **Gl. Fest.** nam ni.
curr.] **om. Gl. Fest. pert.**] -git **Gl. Fest.** Cf. infra, s. v. Daunia (60, 15).

ARMITES. Cf. Gloss. AA (=Abol. ? Philox ?) Armicis (-tes) : armati[s].

ASTRABA. i. e. ἀστράβη. Ex Philoxeno Gloss. Ab Abs. (Astraba : tabella ubi pedes
requiescunt). Cf. Prob. ad Verg. Ecl. praef. : Sunt autem astraba<e> vehicula dicta παρὰ
τὸ μὴ στρέφεσθαι ; quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi
vehiculis inducit. Cf. Goetz (Ind. Ien. aest. 1893, p. iii).

Bombizatio est sonus apum ab ipso sonitu dictus, ut *mugitus* boum, *hinnitus* equorum <*Bombus* sonus tumidus. *Boatus* vox plena>. *Boare*, id est clamare, a Graeco descendit. *Boarium forum* Romae dicebatur quod ibi boves venderentur. *Bocas* genus piscis a *boando*, id est

vocem emittendo, appellatur (-ant). *Barrire* elephantis (-tes ?) dicuntur, sicut oves dicimus *balare*, utique a sono ipso vocis. <.. *Barrus*.. *Luca* bos..>

Ballaenam beluam marinam. Ipsam dicunt esse *pistricem*, ipsam esse et *cetum*.

BOMBIZATIO. Et bombitio et bombilatio et bombinatio etc. traduntur pro apum sono, v. g. in triviali glossario (C. G. L. V 493, 22) saeculi undecimi Bombitio: sonus apum. Nimirum ex Festo Gloss. Abol. BO 3 Bombus: sonus tumidus; Gloss. Philox. BO 24 Bomvis (-mbus ?): βόμβος. Nexum huius lemmatis cum sequentibus indicare videtur Varro L. L. 7, 103: Multa ab animalium vocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura; perspicua, ut Ennii (Ann. 584) « animus cum pectore latrat »; Plauti (inc. iii) « gannit odiosus omni totae familiae »; Caecilii (249) « tantam rem dibalare ut pro nilo habuerit », Lucilii (261) « haec, inquam, rudet ex rostris atque heulitabit »; eiusdem (1275) « quantum hinnitum atque equitatum »: minus aperta, ut Porcii ab lupo « volitare ululantis »; Ennii a vitulo (inc. 7) « tibicina maximo labore mugit »; eiusdem a bove (Ann. 585) « clamore bo [v]antes »; eiusdem a leone (Ann. 586) « pausam fecere fremendi »; eiusdem ab haedo (Ann. 531) « clamor ad caelum volendus per aethera vagit », etc. Unde apparet etiam Verrium (cum Festo) Varronianam verbi boo etymologiam, scilicet ab eo quod est bos, tetigisse, sic puta; Etiam boare, id est clamare, a sonitu boum secundum quosdam auctores, secundum alios a Graeco quod est βοῶν descendit. Plenior Verrii doctrinam, ni fallor, conservavit Serv. ad. Geo. 3, 223 (reboant): Est autem Graecum verbum, nam apud Latinos nullum verbum est quod ante O finalem O habeat, excepto ' inchoo ' ; quod tamen maiores aliter scribebant, etc. (cf. infra ad 34, 26 Cohum et Verr. frag. 7). Cf. Sacerdos 491, 3: Quod Plautus (Amph. 232) <posuit> boo Graece posuit, βοῶ βοῶς, unde derivatur reboo, nam Latinum verbum O ante O habens nusquam repperi.

BOARE: Nimirum ex Festo Gloss. Abol. BO 5 Boatus: vox plena sive mugitus boum.

BOARIUM FORUM. Hinc, ni fallor, Gloss. Leid. 67 E (=Abol.) Forum Boarium: ubi boves venduntur. Cf. Varr. L. L. 5, 146.

BOCAS. (Gr. βῶξ, βόαξ). Cf. Isid. Etym. 12, 6, 9; Bocas dicunt esse boves marinos, quasi ' boacas '. Ex Festone Gloss. Cyrill. (=Philox.) Bocae: βῶαες οἱ ἰχθύες ?

BARRIRE. Cf. infra, s. v. Barritus (28, 16). Hinc Gloss. Abol. BA 6 Barrit elephants cum vocem emittit; Gloss. Philox. BA 43 Barrit: τρίζει ἐλέφας, βοῶ. Hinc etiam, ni fallor, Gloss. Cyrill. (=Philox.) Barrus, bos Luca: ἐλέφας; Gloss. AA (=Abol. ?= Philox. ?) Barrus, Luca bos: elephas; Gloss. Abba <Boves Lucae>: boves Lucae, elephantis.

Vide igitur ne Verrius (cum Festo) sic fere disputaverit: Sicut boare, Varrone iudice, sonus est boum, barrire .. unde barrus nomen elephantis <apud Indos.. barrit elephas, boat bos>; elephas a maioribus nostris Luca bos appellabatur <quasi bos Lucana>, etc. Cf. Isid. Etym., 12, 2, 14: Apud Indos autem a voce barro vocatur elephantus, unde et vox eius barritus et dentes ebur. De Luca bove cf. Varr. L. L. 7, 39 (Lucanam bovem quod putabant).

BALLAENA. Cf. infra, s. v. (28, 6). Si ex Festo hausit Gloss. Philox. BA 6, 20 Ballo: θηρίον θαλάσσιον, Ballaena: ζύγαινα, vide ne Festus hic eam etymologiam tractaverit quam et Isidorus (Etym. 12, 6, 7: Ballenae autem sunt immensae magnitudinis bestiae, ab emittendo et fundendo aquas vocatae; ceteris enim bestiis maris altius iaciunt undas; βάλλειν enim Graece emittere dicitur. Cete dicta, etc.) et Martyrius (173, 1); Ut puta ballaena quasi ballo (βάλλων ?).

Bacchanalia dicebantur Bacchi festa.

Basilica a basileo, hoc est rege, est (?) dicta. *Basilicum* regale.

Bovinator conviciatur. <... Bovinatores...> (Gloss. Abol. BO2) « *Bovinator tricosus* » (Lucil, 417) : insidiosus.

Bova <sive *natrix*> serpens est aquatilis quem Graeci ὄβρον vocant, a qua icti obturgescunt. Crurum quoque tumor viae labore collectus bova appellatur.

Batus (βάτος) : genus herbae.

Bac<a>rimonem dicebant genus vasis lon-

gioris manubri, hoc alii *trullam* appellant *Bacar* vas vinarium simile bac<a>rioni..

Barathrum Graeci appellant locum praecipitem unde emergi non possit ; dictum ab eo quod est βαθός.

Ballaenae nomen a Graeco descendit (haec illi φάλλαιναν dicunt) antiqua consuetudine qua πυρρόν *burrum*, πύζον *buxum* dicebant. *Burrum* dicebant antiqui quod nunc dicimus rufum ; unde rustici *burram* appellant buculam quae rostrum habet rufam. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur.

BASILICA. Cf. Isid. Etym. 15,4, 11 : Basilicae prius vocabantur regum habitacula ; unde et nomen habent, nam βασιλεύς rex et basilicae regiae habitationes, etc. ||est dicta **vel** dicta est **codd.** : **an** dicta (scil. sunt) ? Nam potest Festus non basilicam, sed basilicum Plauti (Epid. 232) tractavisse.

BOVINATUR. Glossographorum veterum, ni fallor, duas glossas hic coniunxit Festus. Nam ps. — Placidus, qui ab eis totus pendet, repperit inf. modum bovinari cum glossa 'conviciari, clamare' ; repperit ni, fallor, etiam (nempe in versu Luciliano) nom. sing. bovinator tricosus cum glossa (revera adiectivi, non nominis) 'inconstans'. Et Gellius suo more profert (11, 7, 9) versum Lucilianum :

si tricosus bovinatorque ore inprobus duro,

interpretatus bovinatorem quasi tergiversatorem. Eum locum Gellii excerpit Nonius (79, 27) : Bovinatores, quos nunc malitiosos et tergiversatores dicimus, etc. Similiterque Vergilii scholiasta ille (Donatus, ni fallor) unde sumpsit Gloss. Abstr. BO7 Bovinatores : inconstantes. Verius Verrium (et Festum) rem perspexisse docet gl. Philox. BO28 (ex hoc loco Festi scil. ex adnotatione marginali, collecta) Bovinatores : θορυβοποιοί, θρύλον ποιοῦντες ἢ ταρραχὴν (scil. quasi mugientes boves). Hoc fīto usus per labyrinthum lexicorum hodiernorum evades.

BOVA. Cf. Ps. — Plac. Bova : vehemens rubor, interdum genus serpentis. Nimirum ps. Placidus eam formam (nom. sing.) in eo versu repperit quem Festus infra (s. v. Tama 494,2) citat (Lucil. 1195) : Inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxīt. Quem versum etiam hic citavisse Festus potest. Ex Festo nimirum hauserunt Gloss. Abba (= Abol.) Boa : rubor vehemens, Boa : serpens mirae magnitudinis et tumor in crure suffuso sanguine ; Gloss. Philox. BO25 Boa : ὁ τοῦς πόδας φλεγμαίνων, BO 18 Bova : νόσος βοῶν NA 28 Natrix, bova : λχθός εἶδος. (Ex Philox. provenit Gloss. Nom. Boa : tumor pedum prae itinere).

BATUS. Eam formam (nom. sing.), sed Graece scriptam. profert e scriptore vetere nescioquo (Lucilio ?) ps. — Placidus, et illam quidem eadem glossa marginali instructam, Batos : herbae genus.

BACARIONEM. Ex Festo videlicet Gloss. EE (= Abol.) Bacario : urceoli genus. De Gloss. Philox. BA 14 Bacario : πορνοδιάκονος cf. ad 20, 24 Aquarioli).

BACAR. Cf. ad 32, 20 Bucar.

BALLAENAE. Cf. ad 28,6 s. v.

BURRUM. Cf. infra, s. v. Burranica Potio (33,4 a rufo colore, quem burrum vocant).

Basiliscus appellatur genus serpentis, vel quod in capite album habeat instar diadematis, vel quod reliqua serpentium genera vim eius fugiant.

Barritus appellatur clamor exercitus, videlicet quod eo genere barbari utantur.

Breve a Graeco descendit quod est βραχύ.

Bruttiani dicebantur qui officia servilia magistratibus praestabant, eo quod hi primum se Hannibali tradiderant et cum eo perseverarant usque dum recederet de Italia.

Bruma a brevitate dierum dicta.

Brutum antiqui gravem dicebant,

Bracchium nos, Graeci dicebant βραχίων. Quod deducitur a βραχύ, id est breve, eo quod ab umeris ad manus brevior <r>es sit quam a coxis plantae.

Brassica a praesecando est dicta.

Bruttianae parmae dicebantur scuta quibus Bruttiani sunt usi.

Bubinore est menstruo mulierum sanguine inquinari. Lucilius (1186) : " haec ", inquit, " inbubinat, at contra te inbulbitat ". *Inbulbiture* est puerili stercore inquinare ; dictum ex fimo, quod Graeci appellant βόλβιτον.

Bucerum pecus de bubus dicimus. < buceria... Luor. (2, 661). >

Cic. Orat. 160 : Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum ; (trag. 332) « vi patefecerunt Bruges », non Phryges ; ipsius antiqui declarant libri.

BASILISCUS. album] i. e. albam maculam. Cf. supra, s. v. (4, 8).

BARRITUS. Barbaricum **Paul.** : an barritum ? Cf. Schol. Stat. Theb. 4, 394 (ululatum) quod Amazones cum finitimis bellare dicuntur, quorum ululatus barritus, id est ' barbarus ritus ' ; Amm. 26, 7, 17 terrifico fremitu quem barbari dicunt barritum.

BREVE. Cf. infra (28, 25).

BRUTTIANI (cf. Gell. 10, 3, 19). -uti- **Paul.** Hinc Gloss. Philox. BR 7 Bruttiani : οἱ δουλικὰς τάξεις χρῶσθοντες. Etiamne BR 10 Bruttiani : περίπολοι ? Cf. 29, 1 Bruttianae Parmae.

BRUMA. Vulgata illa apud antiquos etymologia ; v. g. Varr. L. L. 6, 8' : Dicta bruma quod brevissimus tunc dies est ; Macrob. 1, 21, 15 : Brumam a brevitate dierum cognominantes, id est βραχύ ἡμαρ. Pone hoc lemma post lemma Breve si credis ex Festo hausisse Isidorum (Etym. 5, 35, 6) : Unde et hoc tempus bruma dicitur, quasi βραχύς, id est brevis.

BRUTUM. Cf. infra, s. v. Obbrutuit (201, 29 a bruto, quod antiqui pro gravi, interdum pro stupido dixerunt). Cf. Porph. Hor. C. 1, 34, 9 : Bruti graves et tardi dicuntur. E Festone Gloss. AA (= Abol.) Brutus : .. gravis ? Multus est in nominibus propriis Festus (i. e. Verrius, qui hic famam M. Iunii illius vindicat).

BRACCHIUM. -achi- codd. brachion codd. brev. res] ergo βράχιον legend. ? sit vel sint codd.

BRASSICA. Cf. Varr. L. L. 5, 104 : Brassica ut ' praesica ', quod ex eius scapo minutatim praesecatur ; asparagi, etc. (cf., 18, 7).

BRUTTIANAE. Cf. 28, 19 Bruttiani ; 274, 23. -uti -vel -uci- codd. -uti- vel -uci- codd.

BUBINARE. inbub.] scil. reddit te bubinantem. Hinc Gloss. AA (= Abol.) Bubinare : sanguine inquinari mulieri <s> menstruo. Ex veteribus scriptoribus et hanc ipsam formam (infin. praes. act.) et nomen unde est derivata protulit ps. -Placidus (1) Bubinare : sanguine inquinari ; bubinarium autem est sanguis qui mulieribus menstrui venit (2). Bubino (abl. sing.) : menstruo id est fluore sanguinis.

BUCERUM. Hinc Gloss. Philox. BU9 Bucerum : γέννημα βοός. Et ni fallor, Gloss. Abol. BU 6 Buceriae : armenta. Cf. Non. 80, 27 : Buceriae boum greges, Lucretius lib. II (661) lanigeræ pecudes . . buceriaeque greges.

Bustum proprie dicitur locus in quo mortuus est combustus et sepultus, diciturque bustum quasi 'bene-ustum'. Ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo *ustrina* vocatur. Sed modo busta sepulcra appellamus.

Buteo genus avis qui ex eo se alit quod accipitri eripuerit. Vastitatisque esse causam his locis quae intraverit, ut bubo, a quo etiam appellatur buteo.

Bucina quam nos appellamus, Graeci βυκάνην a similitudine soni dicunt.

Bulimum (βούλιμον) Graeci magnam famem dicunt, adsueta magnis et amplis rebus praeponere βον, a magnitudine scilicet bovis. Hinc est quod grandes

pueros βούπαιδας appellant et mariscam ficum βούσυκον.

Bubeum (?) est genus quoddam vini.

Bucephalus vocatus est equus Alexandri regis propter quandam bubuli capitis similitudinem.

Benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur. Unde vocantur *conbennones* in eadem benna sedentes.

Besem appellatum esse quod bis triens sit : quamvis dura compositio fiat besis ex triente. Besis VIII sunt unciae, triens IIII.

Bellum a beluis dicitur, quia beluarum sit perniciosa dissensio.

Barium urbem Italiae appellarunt conditores eius expulsi ex insula Barra, quae

BUSTUM. Cf. 456, 27 Sepulchrum. Hausitne ex Festo Gloss. Vat. 1469 Ustrina : locus ubi comburuntur corpora vel ubi porci ustulantur ? Etiamne Serv. auct. ad Aen. 11, 201 : Bustum dicitur in quo mortuus combustus est, ossaque eius ibi iuxta sunt sepulta ; alii dicunt, ubi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum sed ustrinum ? Hoc lemma etiam in Festo vicinum lemmati Buteo fuisse colligas licet ex Gloss. Philox. BU18 Bustum : τάφος, μνήμα, πυρά, βουτιο (i. e. buteo).

BUTEO. Cf. ad 3, 10 Alites. Hinc nimirum Gloss. Philox. BU 27 Buteo : ὀρνέου εἶδος. bubo] Hausitne e Festo Isid. Etym. 12, 7, 39 : Bubo a sono vocis compositum nomen habet ? Cf. Varr. L. L. 5, 75 : Ab suis vocibus, ut haec.. bubo.. aliis de causis appellatae, ut noctua, etc. (cf. 178, 29 Noctua).

BUCINA. Cf. Varr. L. L. 6, 75 : Nec sine canendo tibicines dicti.. etiam bucinator a vocis similitudine et cantu dictus. Hausitne e Festo (male intellecto) Isid. Etym. 18, 4, 1 : Bucina.. dicta a voce, quasi 'vocina' ?

BULIMUM. -mam codd. Hinc Gloss. Abol. BU 8 Bulimus : fames magna. Cf. Varr. R. R. 2, 5, 4 : Ab his (bubus) dici pleraque magna, ut βούσυκον, βούπαιδα, βούλιμον, βοῶπις, uvam quoque bumammam.

BUBEUM (?) Byblinum docti. Expectes aut bumammeum aut bumasteum, saltem si hoc lemma cum praecedente coniunctum est.

BENNA. In suo Pauli codice formam conbenniones legisse videtur Mico diaconus S. Richarii (saec. IX°).

BESSEM. Aliter Varro L. L. 5, 172 || VIII scripsi (cf. Gloss. Cyrill. 'Οκταούγκιον : bessem) : novem Paul. || IIII scripsi : tres Paul.

BELLUM. Aliter 58, 20 (Duellum bellum, videlicet quod duabus partibus, etc.). Quam etymologiam etiam hic tetigisse Verrium (et Festum ?) vicinitas lemmatis Besem monet.

BARIUM. Intervallum ideirco nullum signavi quia hic, ni fallor, duo quae infra sunt lemmata, Beluatus, Beneventum, Festus (saltem Verrius) posuerat. Festum fideliter descriptum esse a Paulo docet Schol. Isid. ex Festi codice haustum : Barrium urb. It. cond. ..Brund. appellaverunt. Cf. Reitzenstein (Herm. 20, 534).

non longe est a Brundisio. *Brundisium* quidam poetae brevitatis causa *Brendam* dixerunt (appellaverunt).

Beneficiari dicebantur milites qui vacabant muneri (-re) beneficio. E contrario *munifices* vocabantur qui non vacabant, sed munus reipublicae faciebant. *Benignus* proprie dicitur is qui bonis et dignis largitur. Est [autem] compositum ex bono et gignendo.

Bellona dicebatur dea bellorum. Ante cuius templum erat columella quae *Bellica* vocabatur, super quam hastam iaciebant cum bellum indicebatur.

Bidental dicebant [quoddam] templum <extra portam Capenam> quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. *Biden-*

tes autem sunt oves duos dentes longiores ceteris habentes.

Bisaeta porca (bisaetus porcus ?) dicitur cuius a cervice saetae bifariam dividuntur cum iam esse incipit maior sex mensium.

Bignae (?) geminae dicuntur quia bis una die natae sunt. *Bigenera* dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut *leopardalis* ex leone et panthera, *cicur* ex apro et scrofa domestica, *muli* ex equo et asina (equa et asino ?).

Billis apud Afros appellatur semen humanum humi profusum.

Blaterare est stulte et praecipide loqui, quod a Graeco βλάξ originem ducit. Sed et camelos cum voces edunt blaterare dicimus. <.. blatit..> *balatrones* [et].

BENEFICIARI. i. e. -rii. Benefictari vel -fact- codd. || vel muneri <bu>s.

BENIGNUS. Obscuravit Paulus Festi sententiam, sive huius modi erat ' Benignus secundum quosdam propr.', etc., sive ' secundum quosdam est compositum ', etc.

BELLICA COLUMNA. Cf. ps-. Placidus Bellicam columnam : ante aedem Bellonae, quae Pyrrhi temporibus constituta dicitur ut exeuntes in bellum superiacerent eam hasta, velut in conspectu hostis essent. Pleniorem historiam videtur Varro confecisse (Cf. Serv. auct. ad Aen. 9, 52).

BIDENTAL. Hinc Gloss. Abol. BI 4 Bidental : extra portam Capenam.

BIDENTES. Cf. infra s. vv. Bovem Bidentem (31,21), Duidens (58,19) ; ' Ambidens ' (4, 28 sive bidens ovis appellabatur quae superioribus et inferioribus est dentibus).

BISAETA. Hinc Gloss. Philox. BI 53 Bisaetus : χοῖρος ἐξαμηνιαῖος. Masculinum genus habes etiam infra, Dissuleus Porcus (63, 29 dicitur cum in cervice saetas dividit).

BIGENERA. Hincine Gloss. Abol. BI 14 Bigener : de duobus generibus natus ? Etiamne Isid. Etym. 12, 1, 61 : In animantibus bigenera dicuntur quae ex diversis nascuntur, ut mulus ex equa et asino, burdo ex equo et asina, hybridae ex apris et porcis, tityrus ex ove et hircio, musmo ex capra et ariete ? || leopardalis] Cf. camelopardalis Varr. L. L. 5, 100. || cicur] Hincine Gloss. AA (= Abol.) Cicurem : suem, porcum ? || muli] Cf. Varr. R. R. 1, 1 : Ex aqua et asino fit mulus, contra ex equo et asina hinnus.

BLATERARE. -atte -codd. -atte- vel -ate- codd. Cf. infra, s. v. Deblaterare (63, 13 est stulte loqui ; nam Graeci βλάξ stultos appellant). Hinc, ni fallor, variae glossae Abol., Blax : stultus, unde blatterat stulte loquitur, Blattit : perstupidè loquitur, Blaterè : stupide et sine causa loqui. || blatit] Hanc tert. pers. in versu (eodem credo) scriptoris veteris repperit ps. -Placidus cum glossa ' praecipide loquitur '. Verbum esse tert. coniugationis monent codices Gellii 4, 1, 4. Primam pers. esse blato (non ' blatio ') indicat nomen blato, -onis quod (fortasse ex hoc loco Festi sumptum) habet Gloss. Philox. BL 9 Blato : ματαιολόγος. Hinc quoque nimirum BL 1 Blaterat : ματαιολογεῖ || balatrones] Cf. ps. -Acr. in Hor. S. 1, 2, 2 : Balatrones.. qui idem et blaterones dicti.

Blat<t>eus (?) ballas (bu- ?) luti ex itineribus aut quod de calciamentorum soleis eraditur appellabant.

Bilbit factum est a similitudine sonitus qui fit in vase. Naeuius (com. 124) "bilbit amphora" inquit.

Bibliotheca (βιβλιοθήκη ?) et apud Graecos et apud nos tam librorum magnus per se numerus quam locus ipse in quo libri conlocati sunt appellatur.

Blitum genus holeris a saporis stupore ap-

pellatum esse ex Graeco, putatur quod ab [h]is βλάξ dicatur stultus.

Bardus stultus a tarditate ingenii appellatur. Caecilius (250) : Nimis audacem nimisque bardum barbarum. Trahitur autem a Graeco, quod illi βαρδός dicunt. *Bardus* Gallice cantor appellatur qui virorum fortium laudes canit ; a gente Bardorum de quibus Lucanus (1,449) : Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Belu<a>tus bestiae similis.

BLATTEAS. Hucine redit Gloss. Philox. BL 6 Blatte[]a (vel Blattia) : θρόμβος αΐματος τῶν κογχύλων ?

BILBIT. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) BI 96 Bilbit : adumbratio vocis aquae scatuerientis ; Gloss. Philox. BI 13, 25 Bilbit : ἐπισκισμὸς φωνῆς, βομβύζει.

BIBLIOTHECA. -cae *codd.*

BLITUM. Graeco] scil. βλίτον. Cf. Non. 80, 23 ; Blitea inutilis. a blito herba nullius usus, Plautus in Truculento (854) « blitea et lutea est meretrix », Laberius in Tusca (92) « bipedem bliteam beluam ». Ex scholio Vergiliano, sed ex eadem origine (De Verb. Signif. ?) fortasse hausto, emanavit Gloss. Abstr. BI 6 Blitea : stulta. || βλάξ] cf. supra, s. v. Blate-rare 30, 27 (est stulte.. loqui quod a Graeco βλάξ originem ducit).

BARDUS. Nonius quidem, dum Plautum ipse evoluit, hanc vocem offendit (Pers. 169 bardā) et de ea disputat, adnotatione marginali in suo exemplari posita usus (10,3). Sed priorem disputationis partem vix ex marginali adnotatione sumpsit, immo ex uberiore fonte (De Verb. Signif. ?) : Bardum est vi propria ingenio tardum ; nam Graeci βαρδεῖς tardos dicebant, Homerus Iliados XXIII (530) βάρδιστοι μὲν γάρ οἱ ἔσαν καλλιτέχες ἱπποῖ, " Ἡκιστος δ' ἦν αὐτός ἐλαυνόμεν ἄρμ' ἐν ἄγωνι. Ps. -Placidus repperit -haud scio an in eodem Caecilii versu quem Festus citat -bardum (acc. sing.) cum hac adnotatione 'hebetem stolidum brendum (leg. βαρδόν).

a gente - Bardi] dele, si credis ea a Paulo esse adiecta. Equidem non modo ea verba sed totum de bardo, i. e. cantore, disputationem Festo malim imputare, quasi quae ex ipsis Lucani versibus extiterit :

Vos quoque, qui fortes animas belloque preemptas.

Laudibus in longum vates dimittitis aevum, Plurima, etc.

Neque tamen Verrio ipsi notitia ex Gallicis Iulii Caesaris bellis allata de bardis Gallorum denegari potest,

BELUATUS. Hoc lemma cum sequente sequebatur olim, ni fallor, 30,4 (Bellum a beluis dicitur, etc.) et huc translatus est quia etiam beluatus stultum significat. Sane illud Belutus ' etiam in eo Festi codice fuisse potest unde hausit Gloss. Philox. BE 14. Beluius : θηρίου ὁμοιος. Nisi quidem Beluinus recte correctum est a librariis, et veram vocabuli e Festo sumpti formam conservavit Gloss. Nom. (e Gloss. Philox. descriptum) Beluatus : bestiis similis. Venit quidem in mentem Plautinus versus, Pseud. 147 « beluata tapetia », in quo tamen beluata non ' bestiis similia ' sed ' beluarum figuris ornata ' significat. Neque Plautinum illud belliata (Rud. 463) hanc significationem ullo modo admittit ; vix eo ne vix quidem illud belliatula (Cas. 854). Atqui potest fieri ut, dum alterutrus versus lectionem tractat, definire illud beluatus necesse habuerit grammaticus aliquis.

Beneventum colonia cum deduceretur appellari coeptum est melioris ominis causa. Namque eam urbem antea Graeci incolentes *Μαλόνειον* appellarunt (vocabant).

(Gloss. Abol. BO7) Beneventum dicta quasi bene inventa vel bene habens, id est fertili terra seu opulentissima.

Bulgas Galli sacculos scorteos appellant.

Bovem bidentem a dentium numero dicunt appellari.

“*Bellicrepam saltationem*” dicebant quando cum armis saltabant. Quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse cum a ludis Sabinorum virgines rapuit. <.. *Pyrriham* dicimus>.

Bilingues Bruttaces Ennius (Ann. 496) dixit quod Brutti et Osce et Graece loqui soliti sint. Sunt autem Italiae populi vicini Lucanis.

“*Bitienses*” dicuntur qui peregrinantur assidue.

Baiulos dicebant antiqui quos nunc dicimus operarios. Unde adhuc *baiulari* dicitur. “*Blandicella verba*” blanda per diminutionem sunt dicta.

Bellarium (?) et *bellaria* res bellis aptas appellabant. *Bellitudinem*, sicut magnitudinem, Verrius dixit.

Boiae, id est genus vinculorum, tam ligneae quam ferreae dicuntur.

Botulus genus farciminis propter conexiorem a bolis sic appellatur.

BENEVENTUM. Cf. 458, 36, s. v. Segesta. antea] Cf. 174, 32, s. v. Numerius. Schol. Isid. eadem habet verba quae Paulus sed in ‘vocabant’ (non ‘appellarunt’) desinit. Partem igitur fideliter scripsit Paulus; partem alteram Gloss. Abol. conservavit.

BULGAS. Eandem fere interpretationem adscriptam repperit ps-Placidus formae bulga (nom. sing.) in scriptoris veteris codice adscriptam, Bulga : saccus scorteus.

BIDENTEM. Cf. ad 30, 17, s. v. Bidental.

BELlicREPAM. Hinc Gloss. AA (= Abol). Bellicrepa saltatio : quam pyrrica dicimus.

BLINGUES. Ennius dixisse « Bruttace bilingui » et Ennianam dictionem a Lucilio repetitam (1124 Bruttace bilingui) docet Porphyrio ad Hor. Sat. 1, 10, 30. Denique Lucilius secutus Horatius (l. c.) « Canusini more bilinguis ».

BITIENSES. dicuntur] Nempe a comoedo (Ennio ? , Plauto ?) ad Bithynienses alludente.

BAIULOS. antiqui] sed Cicero verbum novit (v. g. Parad. 23 baioli atque operarii) ; noverunt ecclesiastici scriptores, etc. (Cf. Thes. Lat.). Vide igitur ne Paulus verba Festi immutaverit. Si lemma Plautinum est, spectat ad Poen. 1301.

BLANDICELLA. Ex Festi codice, ni fallor, Gloss. Vat. 1469 Blandicella verba : diminutive.

BELLARIA. Anglice ‘sweets to the sweet’. Cf. Varr. ap. Gell. 13, 11, 6-7. Citavitne Festus Plaut. Truc. 780 ?

BELLITUDINEM. dixit] scil. dum de bellariis disputat ? Verriana igitur vox, non Plautina ?

BOIAE. Proprie-ligneae, si vere dicit Isid. Etym. 5, 27, 12 : Boia est torques damnatorum, quasi iugum in bove, ex genere vinculorum. (Ea fortasse sunt ex Festo hausta). Utrum ligneae an ferreae apud Plautum (Asin. 550 ; Capt. 888) omnino non constat.

BOTULUS. Gell. 16, 7, 11 : Atque item in mimo qui Saturnalia inscriptus est botulum pro farcimine (Laberius) appellat et hominem levissimum pro levi ; item in Necyomantia cocionem pervulgate dicit quem veteres arillatorem dixerunt (Cf. supra, 19, 1, Arillator, qui etiam coccio appellatur). Etiam Plautum vocem usurpasse crede ; siquidem haec lemmata sunt Plautina.

Blennos stultos esse Plautus indicat, qui ait (Bacch. 1088) : Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.

Binominis cui geminum est nomen ; ut Numa Pompilius, Tullus Hostilius.

Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Graecis. Unde Plautus (Mil. 211) Naevium poetam Latinum barbarum dixit. [Fortasse et ob hoc noster apostolus (Paul, ad Rom. 1, 14) Graecis ac barbaris se debitorem esse fatetur.]

Bellule apud Plautum diminutivum adverbium est a bene, quod facit *belle* et *bellule*.

Burranicum genus vasis. *Bacar* similiter genus est vasis.

Buttubatta Naevius (Plautus) pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.

Bulla aurea insigne erat puerorum praetex-

tatorum. Quae dependebat eis a pectore ut significaretur eam aetatem alterius regendam consilio (dicta est autem bulla a Graeco sermone βουλή, quod consilium dicitur Latine), vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pectus, in quo naturale manet consilium.

Boicus ager dicitur qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem est in Gallia citra Alpes, quae Togata dicitur. In quibus sunt Mediolanenses.

Burrunica potio appellatur lacte mixtum sapa; a rufo colore quem *burrum* vocant.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. AA) *Batioca* : patera.

(Schol. Isid.) *Bovianum* dictum est

BLENNOS. (Gr. βλενός Cf. Marx ad Lucil. 1063). Ex commentatione Vergilii (ex Signif. Verb. hausta ?) hausit Gloss. Abstr. BE 16 *Blennones* : putidi, hircosi (—cones ?). Sed ex Festo potest hausisse. Eodem fortasse potius quam ad Festum (per Gloss. Abol.) revocabis Gloss. Ampl. II et Aff. *Blenni* : putidi, taetri.

BINOMINIS. Cf. Serv. ad Aen. 6, 383 (gaudet cognomine terra) : Facit autem hic et haec cognominis, nam in Plauto lectum est cum una de Bacchidibus diceret « illa mea cognominis fuit ». Cf. infra, s. v. Cognomines (35, 14).

BARBARI. Cf. 512, 23 « in barbaria ». (Plaut. frag. 72) est in Italia.

BURRANICUM. Cf. 33,4 *Burrunica* Potio. BACAR. Cf. 28,3 *Bacar*. Bu—codd. hoc loco. Ex Festo nimirum Gloss. Philox. BA 7 Bauar (leg. Bacar) : εἶδος ἀγγείου Fortasse etiam Gloss. Ampl. II, Aff. (= Abol.) *Bacarium* : vas aquarium.

BUTTUBATTA. —uttu— vel —utu— codd. Charis. 242, 10 (ex Varr. Lat. Serm. V ?) : Buttubatta ; hoc Plautus pro nihilo et pro nugis posuit, ut in Glossis Veterum ; buttutti : fluctus (sc. sonus), quidam (sc. dicunt) sonus vocis effeminatior, ut esse in sacris Anagninorum vocum veterum interpretes scribunt.

BULLA. Cf. 430,7. βουλή] Varroniana etymologia est. Cf. Plutarch. Quaest. Rom. 101.

BOICUS AGER. in quibus] i. e. quorum praecipuum oppidum est Mediolanum (ut in Gloss. Abba Liguria : provincia Italiae in qua est Mediolanum).

BURRANICA. Cf. 32, 20 *Burranicum* || *burrum*] Cf. 28, 9, s. v.

BATIOCA. Graece βατιάκη. Sed —oc— (non —ac—) confirmant codd. Plauti Stich. 694 « scaphiis cantharis batioc[h]is ». Et hanc forman (nom. vel abl. sing.) repperit ps. —Placius in vetere scriptore cum glossa ' patera argenti ad sacrificandum '. Hucine pertinet gl. Cyrill. (= Philox.) Batiola : ποτήριον φιαλοειδές (unde Gloss. Nom. Batiola : calix latus, non angustus) ? Cf. Martyrius gram. 167,9 : Quae nusquam nisi in diversis cottidianis glossematibus reperi, batiola : ποτήριον, etc. ; Nonius 505, 16 : Batiola Plautus Colace (53) « batio-la auream octo pondo habebat ; accipere noluit ».

BOVIANUM. De Bovillis loquitur Nonius 122,5 : Hillas intestina veteres esse dixerunt :

quod Sabelli, cum sedes quaererent, bovem secuti sunt eo proposito ut ibi oppidum conderent ubi ille requievisset. Igitur a bove Bovianum est appellatum.

C

I. EX PAULO DIACONO.

Corona cum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione. Sive coronae dicuntur quod honorent eos quibus inponuntur.

Coturnix appellatur a sono vocis.

Cornua Liberi patris simulacro adiciuntur

[quem] inventorem (-is) vini [dicunt], eo quod homines nimio vino truces fiunt.

Corgo apud antiquos pro adverbio, quod est profecto, ponebatur.

Corbitae dicuntur naves onerariae, quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi.

Columna hastilia ex corno arbore facta.

Cothones appellantur portus in mari interiores arte et manu facti.

Conlatia oppidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum civitatum fuerint conlatae, a qua Romae porta *Conlatina* dicta est.

unde 'Bohillae' (Βοῦλλαι) oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnere trahens advenit, etc.

CORONA. Cf. Isid. Etym. 19, 30, 2 : Nomen coronae ex hac causa vocatum quod initio circum aras curretur atque ad imaginem circuitus vel chori est formata et nominata corona. Cf. Scaur. 14, 10 C cum X quoque Graeca littera consentit, unde quidam coronam, nonnulli choronam dixerunt ; Quint. 1, 5, 20 ; Thes. Lat. s. v. || quod hon.] i. e. quasi 'chonorae' ? Hincine igitur argumentum pro orthographia honor (non onor, ut onus) est sumptum ?

COTURNIX. Ad sonum magis quadrat forma coc-turnix. An exiecit vocabulum quaquila (unde Germanice 'Wachtel') ? Cf. Schol. Isid. (ex Festo ?) Coturnicem a sono vocis vulgus quaquaram appellat ; Gloss. Bibl. (ad Exod. 16, 13) Coturnices : similes avibus quas quidam quaquilas vocant ; (ad Psal. 104, 40) Co. : aves parvae similes illis quas vulgus quaquilas vocant.

CORNUA. Cf. Porphy. C. 2, 19, 30 Libero patri et cornua a nonnullis assignantur quoniam scilicet vinolentia etiam protervitatem et contumaciam addere solet, quae per cornua significantur.

CORGO. Immo gorgo, sed antiquitus C pro G erat in usu. Ex Festo Gloss. Philox. GO2 Gorgo : ἀναμφιβόλως (sed cum ficticio additamento Gorgi : ἀναμφιβόλοι). Reppererat vocem in antiquo scriptore nescioquo ps. -Placidus cum interpretatione adscripta 'adverbialis interpositio, ut porro, prorsus, nimirum'. Quantum gorgo distet ab ergo non constat.

CORBITAE. Earum tarditatem memorat Plautus (Poen. 507 ; cf. 543), earum longos malos Lucilius (483), quos versus fortasse hic protulit Festus.

COLUMNA HASTILIA. Suspicio Ennium (aut alium) haec verba adhibuisse, sed in alio casu (dat., abl.) siquidem indidem glossa ps-Placidi provenit, Columnis, ex corno factis ; nam et columni qui ex corulo fiunt (sed expectes 'columna quae'). Hinc doctorum altercatio ; nam corulo arbori hic nullus esse locus videbatur. Cum iis qui ad corulum referre illud columnis non dubitaverunt consensit Vergilius (Geo. 2, 396 veribus columnis ; cf. Serv. et Schol. Bern. ad loc.). Duplicem etymologiam et versum Vergilianum in Festo stetisse collige ex Gloss. Cyrril. (= Philox.) Columnum : λεπτοκαρπύιον ἢ κρᾶνέιον. Virg. Georgicon II « pinguique in veribus torrebimus exta columnis ».

COTHONES, Vide Thes. Lat.

CONLATIA. Cf. Serv. Aen. 6, 773 : Quamquam Collatiam Tarquinius constituisse dica-

Conlucare dicebant sum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini.

Conlativum sacrificium dicitur, quod ex conlatione offertur.

Colophon (κολοφών) dixerunt cum aliquid finitum significaretur.

Concinnare est apte componere; concinere enim convenire est.

Concilium dicitur a populi consensu; sive concilium dicitur a [con]calando, id est vocando. *Conciliabulum* locus, ubi <in> concilium convenitur.

Contio significat conventum, non tamen

aliud quam eum qui <a> magistratu vel a sacerdote publico per praeconem convocatur.

Contubernales dicuntur a tabernis quae fiebant ex tabulis. Unde et *tabernacula* sunt dicta, licet ex tentoriis et ex pellibus fiant. *Contubernium* dicitur contubernaliū habitatio.

Conclavia dicuntur loca quae una clave clauduntur.

Contemplari dictum est a templo, id est loco qui ab omni parte aspici vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui *templum* nominabant.

tur, qui, ut erat superbus, eam ex collata pecunia constituit; unde et *Collatia* dicta est || po. Ro. Paul.

CONLUCARE. Hanc verbi partem idem significantem invenit ps. -Plac. in scriptore antiquo nescioquo (Catone R. R. 139 ?) cum interpretatione marginali 'deputare'; sed ex Festo provenisse glossam Cyrill. (= Philox.) (Colluco: διακαθαίρω δένδρον) non constat. Cf. infra, s. v. Sublucare (474, 28 conlucare autem succisis arboribus locum implere luce).

CONLATIVUM SACRIFICIUM. Vide infra, s. v. Conlativum ventrem. (51,15). Hinoine gl. corrupta Philox. (CO 53) Colla<tivum> : θυσία ἱερῶν ?

COLOPHON. Qua de causa mentio Graeci vocabuli in hunc librum illata sit miraris. Vide ne urbis Colophonis famam (Strab. 643) tractaverit Festus.

CONCINNARE. Noli mutare illud apte, quamquam Gloss. Abstr. habet 'arte' (CO 161-2 Concinnat : arte facit aut componit, Concinnum : breviter arteque compositum) et Gloss. Abol. 'artificiose' (CO 76 Concinnat : artificiose confingit). Et hanc etymologiam et meliorum ('apud veteres cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dici solet') (cf. 83, 29) habet Nonius (43, 17); hanc etiam Varro (L. L. 6, 57 concinne loqui dictum a concinere). Ad Festum potest redire gloss. Philox. (CO 258 Concinnat : στερεοποιεῖ ἐπὶ συμφώνῳ, etc.) nam στερεοποιεῖν est apte componere.

CONCILIUM. Viam ex priore lemmate (Concinnare, apte componere) ad hoc monstrat Varro L. L. 6, 43: Concilium -inde consilium -ut vestimentum apud fullonem cum cogitur, conciliari dictum. || [Consensu] nam conciliari est in consensum et amicitiam redigi. Cf. Donat in Eun. 669: Omnis conventio uniuscuiusque unicuique conciliatio nominatur.

CONCILIABULUM. convenitur] Noli mutare, ne viam ad sequens lemma impediās.

CONTIO. Cf. infra, s. v. (58, 5 conventus, quasi convocatio).

CONTUBERNALES. TABERNACULA. Cf. supra s. v. Adtubernalis (11, 12 habitator continuae tabernae); Isid. Etym. 9, 7, 23.

CONCLAVIA. Hincine Gloss. Abav. (= Abol.) CO 117 Conclave: locus clausus vel munitus vel domus quae multis concluditur cellis? Hinc Gloss. Cyrill. (= Philox) Conclavis: οἶκος ὑπὸ μίαν κλειδα. Donati scholium Terentianum est (Eun. 583): Conclave est separatio locus in interioribus tectis, vel quod intra eum multa loca clausa sint, ut cubicula adhaerentia triclinio. Et ex simili scholio Vergiliano provenit gloss. Abstr. (CO 104 Conclave: interior cubiculum, sed proprie domus sic appellatur).

CONTEMPLARI. Plenius Varro (L. L. 7, 9) qui a verbo tueri nomen templum derivat.

Comitiales dies appellabant eum in *Comitio* conveniebant; qui locus a coeundo, id est insimul veniendo, est dictus.

Calatores dicebantur servi ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quia semper vocari possent ob necessitatem servitutis.

(Charis). *Nomenclator* sine U dicitur, ut Verrius ait, velut nominis calator.

Condulus anulus. *Condalius* similiter anuli genus.

Contestari est eum uterque reus dicit: Testes estote.

Codeta ager in quo frutices existunt in modum codarum equinarum.

Condictum est quod in communi (–ne) est dictum.

Coctum a coendo dicitur, quia coquendo coartatur ut ad utilitatem vescendi perducatur. *Cocula* vasa aenea coctionibus apta; alii cocula dicunt ligna minuta quibus facile decoquantur obsonia.

<Plautus (fr. 181): Aeneis coculis mi excocta est omnis misericordia.>

Cohum lorum quo temo buris cum iugo conligatur, a cohibendo dictum. *Cohum*

Utrum ex Festo emanaverit gl. Ansil. (CO 1730 Contemplabo: videbo, intuebo) an ex schol. ad Verg. Geo. (1, 187; 4, 61) non liquet.

COMITIALES DIES. Cf. Varro L. L. 6, 29; Macrobius 1, 16, 14; Schol. Pers. 4, 15; Fast. Praen. (C. I. L. I^a, p. 231) C<omitiales dies appellantur cum popul>us coire convocari cogi potest ac lege a<gi item licet>.

COMITIUM. Cf. Varr. L. L. 5, 155.

CALATORES. An servi <sacerdotum>? Cf. Gloss. Abba (= Abol.) Calator: vocator, minister sacrorum; Gloss. Philox. CA 43 Calatores: ἐκβιβασταὶ τερπῶν (sed CA 30 Calatores: δοῦλοι δημόσιοι, περίπολοι). Cf. infra (251, 25), s. v. Procalare; ubi indidem etiam calones derivantur (sed de calonibus aliter s. v. Calones, 54, 19). NOMENCLATOR. Charisius (106, 20 K.) = Plin. dub. serm. (49, 13 B.).

CONDULUS. Vide ne aliter Festus (vel saltem Verrius) scripserit (velut Condylus pugnus) Nam conduli 'anuli' nec vola nec vestigium est. Vide tamen Theis. Lat. s. v.

CONDALIUM. Plaut. Trin. 1014, 1022. Et nomen fabulae Plauto ascriptae ap. Accium (frag. poet. Rom. 20), non tamen ap. Fest. 256, 17.

CONTESTARI. Cf. infra, s. v. Contestari Litem (50, 14 dicuntur duo aut plures adversarii quod ordinato iudicio utraque pars dicere solet: Testes estote); s. v. Obtestatio (201, 26).

CODETA. Cf. infra, s. v. Codeta (50, 25 appellatur ager trans Tiberim quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem). Coda pro cauda in usu cotidiano erat; cf. Varr. Sat. 518 (ut canis sine coda).

CONDICTUM. Cf. infra, s. vv. Condicere (56, 28 est dicendo denuntiare), Conditio (58, 3 in diem coertum eius rei quae agitur denuntiatio).

COCTUM. Hinc Isidorus (vel editor Isidori) Etym. 20, 2, 21: Coctum quasi coactum, id est ab igne vel aqua violenti modo actum usuque comestitionis aptum (Sed quae sequuntur, 'sed et.. voo.' ex Serv. Aen. 11, 553 proveniunt.)

COCULA. Versum Plautinum addidi quia glossographorum de 'aeneis coculis' dubitationem Verrii materiam praeuisse indicat ps. –Placidus (Coculis: aereis vasis ad coquendum vel assulis aridis); et Isidorus ex Festo hausisse potest (Etym. 20, 8, 1 de Vasis Coquinariis. Omnia vasa coquendi causa parata cocula dicuntur. Plautus «aeneis coculis», etc.). Certe ex Festo hausit Gloss. Abba (= Abol.) Cocula: ligna arida vel vasa aerea.

COHUM, INCOHARE. Cf. infra, 95, 4. Hinc Isid. Nat. Rer. 12, 3: Cohus (immo –um) est quo caelum continetur (immo cohibe–), unde Ennius «vix solum», etc. Cf. Varr. L. L.

poetae caelum dixerunt, a chao ex quo putabant (Hesiod. Theog. 123) caelum esse formatum. <Ennius (Ann. 545) : **Vix solum complere cohū terroribus caeli.**>

(Diomed. 365,16). Verrius et (!) Flaccus in postrema syllaba adspirandum probaverunt ; cohū enim apud veteres mundum significat, unde subtractum *incohare*.

Comoedias constat appellari ex eo quod initio in <κώμαις> [vicis] iuvenes cantare soliti essent crebro convenientes.

Cicumā avis noctua.

Coclaeae (?) dicuntur lapides ex flumine,

rotundi ad coclearum similitudinem.

Cocetum genus edulii ex melle et papavere factum.

Confugelam antiqui confugium dicebant.

Conpraedes eiusdem rei populo sponsores.

Conpascuus ager <qui a divisoribus agrorum est> relictus ad pascendum communiter vicinis. *Conpescere* est velut in eodem pascuo continere.

Compitalia festa quae in compitis peragebant <Laribus vialibus>.

Congruere dictum est a gruibus, qui non fere segregantur sive cum volant sive cum pascuntur.

5, 135 : Vocatur coum a cavo ; 5, 19 : Omnino ego magis a chao ' chovum ' et hinc caelum.. unde omnia apud Hesiodum a chao cavo caelum. Ps. -Plac. (Choum : naturam universam ; a chao, id est inani vel vacuo) ad eundem Ennii versum spectat.

COMOEDIAS. Censeo scribend. in κώμαις (cf. infra, 36,1, s. v. Commissatio) et delend. vicis (cf. supra, 6,6, s. v. Adgretus).

CICUMA. cf. Graec. κικυμῖς. E Festo nimirum Gloss. Abba (= Abol.) Cecuma : noctua. Sed in capitulo Festino alibi stetisse vocabulum neque inter vocabula a litteris CO ineuntia credo.

COCLACAE. cf. Graec. κόχλαξ. Vid. Thes. Lat. s. v. Scripsitne Festus acc. cas. Coclaeae ?

COCETUM. Hanc ipsam formam (acc. casu) in scriptore nescioquo antiquo repperit ps. -Plac., adnotata derivatione a Graeco vocabulo κυκεών (Cocetum : a Graeco κυκεών). Ex glossographis sumpsit Tertullianus (adv. Val. 12).

CONFUGELA. Suspicio per alphabeticam dispositionem stetisse quominus in una atque eadem disputatione comprehenderentur Confugelam et Custodelam (44, 19 dicebant antiqui quam nunc dicimus custodiam). COMPRAEDES. Hoc quoque necessitas alphabetica a lemmate Praes (249, 20) et lemmate Manceps (137,14) disiunxit.

CONPASCUUS AGER. Hinc nimirum Isid. Etym. 15, 13, 9 : Conpascuus ager dictus qui a divisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis.

CONPESCERE. Cf. infra, s. v. Conpescere Lucum (57, 20) ; s. v. Inpescere (96, 13 in laetam segetem pascendi gratia inmittere) ; s. v. Dispescere (63, 25 est proprie pecus a pastione deducere, ut conpescere una pascere et in uno loco continere). Hincine Gloss. Abav. (= Abol.) CO87. Conpescere : coarguere (coercere), continere ?

CONPITALIA. La. vi. habet Varro (L. L. 6, 25 Compitalia dies attributus Laribus vialibus ; ideo ubi viae competunt tum in compitis sacrificatur) ; et similia (si non eadem) habuisse Festum declarat gloss. Philox. CO 108 Compitalia : θεῶν ἀγυαίων ἑορταὶ αἱ γινόμεναι ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς. Quae verba Festina verbis Philoxeni ὑπὸ .vex. responderint res est multo incertior. Cf. infra, s. v. Pilae et Effigies (272, 15) ; s. v. Laneae Effigies (108,27).

CONGRUERE. Vide infra, s. v. Gruere (86, 12), ubi verbum onomatopoeiticum gruere pro fonte habetur. Et memento antiquitus congruere (secundae coniugationis) in usu fuisse (Ter. Haut. 611). Cf. etiam infra, in parte II capituli I, s. v. Ingruit.

Cognomines dicuntur qui eiusdem sunt nominis.

<Congerrones.> *Gerrones* leves et inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis sunt usi quas Graeci γέρρας appellant.

Comptum genus libaminis quod ex farina conspersa faciebant. *Comptum* Afranius

(428) pro ornatu et excultu posuit.

Confrages loca dicuntur in quae undique confluunt venti. <Naevius (trag. 58) : In montes ubi venti frangebant locum.>

Copona taberna a copiis dicta.

Compilare cogere est et in unum condere.

Conpernes nominantur homines genibus plus iusto coniunctis.

COGNOMINES. Cognomen nom. usitata vox erat, cognominis adi. minus usitata. Itaque Servius necesse habet de Vergilii versu (Aen. 6, 383) « gaudet cognomine terra » disputare et Plauti versum citare (Bacch. fr. vi) « illa mea cognominis fuit ». Cf. supra, s. v. Binominis (32, 12).

CONGERRONES. *Cerrones* codd. (et fortasse ipse Paulus). Varro in capitulo ubi poetica verba tractat (L. L. 7, 55) versum Plautinum profert (Pers. 89 « congerro meus ») cum interpretatione (nimirum glossographorum) : Congerro a gerra ; hoc Graecum est et in Latina oratis. Eandem viam crede Verrium secutum esse hic. Alibi tamen, s. v. *Gerrae* (83, 11), alium auctorem adiit. Cf. etiam s. v. *Sodalis* (382, 20), Quae tamen in hoc libro s. v. *Brutiani* (28, 19), *Brutianae parmae* (29, 1) apparent, ea noli huc revocare (quid enim Brutiani adversus Romanos cum Syracusensibus adversus Athenienses ?), quamquam Fulgentius (Serm. 49) dicit Brutianos 'gerrones' vocitari. Longe aliam explicationem vocis gerrae in adnotatione Plautino versui (Asin. 600) adscripta repperit Nonius (118, 23). Ad Festum redire gloss. Abol. (CO 103 Congerronem : conpopinonem et nugatorem) non constat. Ad glossographos refer gloss. ps. -Plac. Gerro : nugator ; dictus a gerris (vel γέρρας).

COMPTUM. Vide ne Afranii verba lateant in gl. corrupta Abol. CE 40 Cetus (comtus) muliebres : capillos ad frontem. Cf. infra, s. v. *Comptus* (55, 27), unde suspicari licet versum Afranianum a grammaticis de etymo comae disputantibus adhiberi solere.

CONFRAGES. Sic Isidorus Etym. 14, 8, 27 : Confrages loca in qua undique venti currunt ac sese frangunt, ut Naevius ait, etc.). Unde Naevianum versum supplevi. Conflages Paulus ; quem si credis exemplari Festi vitioso esse usum, crede Festum duas exhibuisse glossas, ut puta :

Confluges : loca in quae rivi undique confluunt. Livius Andromeda (18) « confluges ubi conventu campum totum inumigant. »

Confrages : loca in quae venti undique currunt ac sese frangunt, etc.

Confluges enim testatur Nonius (62, 15 C. l. in quae ri. diversi confluunt, etc.) Et te monitum velim litteram G a verbo flare alienam esse, verbis fluere et frangere esse propriam.

COPONA. Pro cop- (non caup-) argumentum quaeritur. Et si Verrius recte intellexit illud copia nihil aliud quam 'co-opia' esse, ne hic quidem de ratione compositorum (confrages, compilare, etc.) discedit.

COMPILARE. Inter eiusmodi composita quomodo est in ordinem redigenda vox compilare, id est furari (cf. infra, 224, 13, s. v. *Pilare*) ? Quia pristina significatio erat in unum spolia conferre.

CONPERNES. Laudaveratne Festus (vel Verrius) versum Lucilianum (542) quem Nonius (sed cum prava adnotatione 'longis pedibus') laudat (25, 26) :

conpernem aut varam fuisse Amphitryonis ἀχούην ?

Ex Festo Philoxenus (CO 470 Conpernis σύνμηρος) ; ex Philoxeno aut ex Abolita Gloss. AA (Conpernes : genibus <et> femoribus compressis).

Confoedusti (?) foedere coniuncti.

Comissatio (-isa- ?) a vicis, quos Graeci κώμας dicunt, appellatur. In [h]is enim habitabant priusquam oppida conderentur; quibus in locis alii alios convictus causa invitabant.

Committre proprie est insimul mittere: nunc eo utimur et pro facere aut pro <de>linquere aut pro incipere.

Condere proprie est in unum et interiorem locum dare ad custodiam faciliorem; quod verbum nunc significat conscribere, nunc facere, nunc componere et instruere.

"*Consulas*" antiqui ponebant non tantum pro consilium petas et perconteris,

sed etiam pro iudices et statuas. *Cossi* ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum qui cossi appellantur <aut teredones>.

Consilium vel a consulendo dicitur, vel quod in unam sententiam plurium mentes consiliant et conveniant; sed a silentio credibilius dictum putatur, quo maxime invenitur.

Conscripti dicebantur qui ex equestri ordine patribus adscribebantur ut numerus senatorum expleretur.

Conspostos antiqui dicebant fide mutua conligatos, <ut Naevius (inc. com. 26)...>

Consualia ludi dicebantur quos in honorem

COMISSATIO. i. e. non a cum et edo, quasi 'com-essatio' (de qua forma vide Thes. Lat.); neque a cum et mensa, quasi, 'com-mensatio'; neque a cum et mitto, quasi 'com-missatio'. Licetne colligere ex Gloss. Philox. CO 104 (Comisatum: ἐπιχώμιον) Festum citavisse Plaut. Most. 317 vel eiuemodi versum?

COMMITTERE. linquere **codd. Pauli**: delinquere **Gloss. Asbestos** (ex Paulo).

CONDERE. Cf. infra, s. v. (49, 22 componere).

CONSULAS. Ut est illud Terentii (Andr. 548):

id oro te in commune ut consulas.

Vel potius cf. Quint. 1, 6, 82: Consul a consulendo vel a iudicando; nam et hoc consulere veteres vocaverunt, unde adhuc remanet illud «rogat boni consulas», id est bonum iudices.

COSSI. Alieno loco, ut videtur. Ex Festo Ansil. (= Abol.) CO 2390, 2375-6. Cossum: rugosum et contractum et curvum, Cossi: vermes in ligno quos vulgo teredones vocant. Et Philox. CU 72 Cusus: ξύλου σκώληξ? Cf. ps. -Plac. Cossos: vermiculos qui in materia nascuntur. Festinae in Abolita glossae plus servavit Ansil. quam nostri Abolita codices (TE) 16 Teredo: vermis in ligno). Sed quamquam meo iure colligo Festum hoc loco teredones memorasse, vix credo (Isidoro Etym. 12, 5, 10 sqq. fretus) eum hic (sicut infra, 495, 1, s. v. Tarmes) de aliis vermium generibus disputasse. Hic enim vult nonnisi nomen proprium Cossus explicare.

CONSILIUM. Cf. supra, s. v. Concoilium (33, 26). Melius auctor (Donat. Aen. 9, 4?) Isidori Etym. 6, 16, 13 (Considium consilium, D in L litteram transeunte).

CONSCRIPTI. Cf. supra, s. v. Adlecti (6, 22 dicebantur apud Romanos qui propter inopiam <patriciorum> ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti; nam patres dicuntur qui sunt patricii generis, conscripti qui in senatu sunt scriptis adnotati).

CONSPOTOS. Naevio vocem (plurali numero) assignat Varro (L. L. 6, 70: Hoc Naevius significat cum ait 'corspo[n]si'), qui etiam inter voces Naevianas memorat (L. L. 7, 107): In Romulo (fr. trag. praet. 2) 'sponsus', contra sponsum rogatus. Vide ne Varro scripserit: In Romulo 'conspostos', contra (adv.) sponsum (supin.) rogatos. Vide etiam ne eidem loco Romuli praetextae Consualium mentio ludorum pertinuerit; nisi quidem potius inter lemmata Consulas et Consilium lemma Consus locum sibi arrogare videtur; nam Consus consilii (a silentio dicti) deus erat.

CONSUALIA. in hon. Con]. Conso (dat) indicat Philox. (Conso: τῷ ὑλῷ τῆς Ἰσίδος)

Consi faciebant, [quem] deum consilii [putabant].

Conventus quattuor modis intellegitur. Uno, cum quemlibet hominem ab aliquo conventum esse dicimus. Altero, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, cum a magistratibus iudicii causa populus congregatur. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis aut gratulationis causa conligitur.

Convicium a vicis, in quibus prius habitatum est, videtur dictum, vel immutata littera quasi 'convocium'.

Conivoli oculi sunt in angustum coacti coniventibus palpebris.

Consternatio, quae est concitatio quaedam

subita ex aliquo metu, a sternutamento deducta est, quod eo toto concutimur corpore.

Considerare a contemplatione siderum virtur appellari.

Constitutus (?) hominum a consistentium multitudine appellatur.

Convallis est planities ex omni parte comprehensa montibus collibusve. *Valles* duobus lateribus inclausa planities. Valles deminutivum *vaecula* facit.

Convoti isdem votis obligati.

Cibus appellatur ex Graeco, quod illi peram in qua cibum recondunt *κίβισον* appellant.

Cicum membrana tenuis malorum Puniceorum.

(scil. Harpocrati, silentii deo). Neque Festus in ea quae Paulus verba desiit. Immo ut puta 'Conso consilii deo'.

CONVENTUS. Cf. infra, s. v. Contio (58,5).

CONVICIUM. Cf. Nonius (64,2) : Convicium dictum est quasi e vicis logi, in quis secundum ignobilitatem loci maledictis et dictis turpibus cavilletur ; Ulp. Dig. 47, 10, 15, 4 : Convicium dicitur vel a concitatione vel a conventu, hoc est a collatione vocum (vicorum ?) ; cum in unum complures voces conferuntur convicium appellatur quasi 'convocium'.

CONIVOLI. Contuoli codd. coniventibus] conitentibus codd. Hucine redit, gl. Philox. (CO 395) Conivum (-volum ?) : *κάλυξ ῥόδου μεμυκώς* ? Rem perplexam sic, sed dubitanter, explicare conor. Dicimus oculos nivere vel (frequentativa forma usi) nictare qui se claudunt, conivere qui se pariter quasi uno motu claudunt. Conivulus igitur quid potest valere ? Aut pariter concorditerque agens aut se obscurans. Forma conivolis (abl., dat.) a scriptore antiquo nescioquo (Plauto ?) usurpata has acceperat interpretationes :

(i) velut oculis coniventibus (ps. -Plac. Conivis : crebro nutantibus ; cf. Fest. hoc loco),

(ii) concordibus (Gloss. Abstr. CO71 Conivoli : concordēs, coniuncti),

(iii) se obscurantibus (Fest. infra, 53, 21, Conivola : occulta). Quae gl. in serie est vocabulorum Plautinorum.

CONSIDERARE. Cf. infra, s. v. Desiderare (66, 7 et considerare a sideribus dici certum est).

CONSTITUTUS. Scripseratne Festus Constitutum (i. q. lex) ab hom. const. mult. app. ?

CONVALLIS. Verrius non vult Varronem mire vagantem sequi (L. L. 5, 20 covallis cavata vallis). Cf. Goetz (Berl. Phil. Woch. 30, 1368).

CONVOTI. Antiquitus ergo voveo votus sum, sicut spondeo sponsus sum, iuro iuratus sum, etc. Cf. Hofmann (de Verbis quae in prisca Latinitate extant Deponentibus, Monac. 1910).

CICUM. Varro (L. L. 7, 91), qui ridicule inde antiquam vocem cicur derivat, profert Plautinum (inc. 2) « cicum non interduo » et addit : Cicum dicebant membranam tenuem quae est ut in malo Punico discrimen. Ps. -Plac. repperit interpretationem adnotatam :

Cispinus mons est in urbe Aesquilinae regionis de nomine cuiusdam hominis dictus.

Citimus extremus. *Uls* enim facit ultra ultimus, *cis* citra citimus,

Cicindela genus muscarum quod noctu lueat videlicet a candelā ; unde etiam candelabra putantur appellata.

Citrosa vestis appellata est a similitudine citri. <Naevius (Bell. Pun. 10) : **Pulchra quae ex auro vestemque citrosam.**>

Civicam coronam civis salutis suae causa servatus in proelio dabat, quae erat ilignea frondem habens perennem.

Circanea dicitur avis quae volans circum-
itum facit.

Circites circuli ex aere facti.

Cilium est folliculus quo oculus tegitur ;
unde fit *supercilium*.

Cimmeri dicuntur homines qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas in ea regione in qua convallis satis eminenti iugo circumducta est quae neque matutino neque vespertino tempore sole contin-
giur.

Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.

Cicum granum mali Punici aut umbilicus lupini. Idem repperit alibi « nec ciccum » cum interpretatione ' nihil '. Ex Festo hausit Philox. CI 9 Ciccum : $\rho\omicron\alpha\varsigma \delta\mu\acute{\eta}\nu$ (Cf. alibi CI 18 Ciccum : $\gamma\rho\bar{\upsilon}, \kappa\acute{o}\kappa\kappa\omicron\varsigma$), unde Abba (*Cicum* : cortex mali granati). Ex Festo fortasse provenit glossa (*Ciceis* et *granis Punica mala referta* sunt), cuius verba compilavit Aldhelmus (sed ' cittis ' male scriptum erat) in Laud. Virg. 9. Cf. Gloss. Corp. C 386 Cittes : pellis tenuis inter grana. Quam scripturam velim coniungere cum simili vocabulo quod est hetta vel hitta (cf. ad 88, 24).

CISPIUS. Cf. infra, s. v. Septimontio (476, 11 similiter Cispium a Laevo Cispio Anagnino qui eiusdem rei causa eam partem Esquiliarum quae iacet ad vicum Patricium versus, in qua regione eius aedis Mefitis, tuitus est). Et crede mecum Festum hic plene et nominatum rem exposuisse.

CITIMUS. Hincine Gloss. Abol. CI 12 Citimum : citra omnia proximum) ? **ULS.** Cf. infra, s. v. (519, 18 Cato pro ultra posuit).

CICINDELA. unde etc.] i. e. unde candelabra appellantur cicindelae ? Sed cf. infra, s. v. Candelabrum (40, 14).

CITROSA VESTIS. Supplevi ex Isidoro de Nominibus Vestimentorum (Etym. 19, 22, 20 *Citrosa*, quasi conerispa ad similitudinem citri. Naevius etc.). Ad odorem, non formam citri vocem Naevianam Macrobius (Sat. 3, 19, 5) refert.

CIVICAM CORONAM. Cf. Gell. 6, 11-12 : Civica corona appellatur quam civis civi a quo in proelio servatus est testem vitae salutisque perceptae dat ; ea fit e fronde querneae quoniam cibus victusque antiquissimus quercus capi solitus ; fuit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii « advehuntur » inquit « cum ilignea corona et chlamyde, di vostram fidem ». Haec exscripsi quoniam Gellius in eodem capitulo, dum castrensem coronam tractat, Verrii vestigia premere videtur (cf. infra, s. v. Castrensi Corona, 49, 25).

CIRCANEAE. Cf. infra, s. v. Supervaganea Avis (396, 13).

CIRCITES. Vocem usurpat Varro eodem sensu quo circuli (L. L. 6, 8).

CILIUM. Cf. infra, s. v. Supercilium (394, 26 dicitur quod supra cilium sit, id est integumentum oculi superius).

CIMMERI. Cf. Serv. ad Aen. 6, 107 : Constat locum esse haud longe a Bais undique montibus saeptum, adeo ut nec orientem nec occidentem solem possit aspicere, sed tantum medium.

CIMBRI. Cf. supra, s. v. Ambrones (15, 29).

Cinguios (?) appellabant homines qui in his locis ubi cingi solet satis sunt tenues.

Cillibae mensae rotundae.

Chilo dicitur cognomento a magnitudine laborum ; *Cilo*, sine aspiratione, cui frons est eminentior ac dextra sinistraqve velut recisa videtur.

Cisterna dicta est quod *cis*, id est infra, terram.

Camillus proprie appellatur puer ingenuus.

Capuam in Campania quidam a *Capye*

appellatam ferunt, quem a pede introrsus curvato nominatum antiqui nostri *Falconem* vocant ; alii a planitie regionis.

Camenae Musae a carminibus sunt dictae, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod sint castae mentis praesides.

Camara et *camuri* boves a curvatione ex Graeco dicuntur.

(Charisius) *Camara* dicitur, ut Verrius Flaccus adfirmat, non camera per E.

Campas marinos equos Graeci a flexu posteriorum partium appellant.

CILLIBAE. cf. Graec. κίλλβας Plinius Varro L. L. 5, 118 : Mensam escariam cillibam appellabant ; ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est ; a cibo cilliba dicta ; postea rutunda facta (Cf. ibid. 121). Sed cf. infra, s. v. Escariae (mensae quadratae) (67, 27).

CHILO. Latinum cognomen Cilo erant qui Chilo scriberent. Quaestio ad grammaticos delata est, qui sic fere responderunt : Si Chilo vera forma est, a Graeca voce χῆλος orta est et significare debet hominem magnorum laborum. Sed debuerant respondere : Sola vera forma est Cilo. De grammaticis vide Thes. Ling. Lat. s. v.

CILO. Hincine Gloss. Philox. CI 20 Cilo : προκέφαλος ?

CAMILLUS. Plinius infra, s. v. Flaminius Camillus (82, 16).

CAPUAM. Sed Campum vel Campaniam Verrii lemma fuisse crede. Hucine redit gl. Philox CA 95 Campania : πεδίας ? Totam rem plenissime tractat Serv. auct. in Aen. 10, 145, quem hic exscribere nolo. Sufficiant haec : Tuscos a Samnitibus exactos Capuam vocasse ob hoc quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curvi fuerunt quemadmodum falcones aves habent, quos viros Tusci Cappyas vocarunt. Quem dicentem Etrusca lingua ' capys ' eam avem esse quae Latine ' falco ' , Isidorus (Etym. 12, 7, 57) perverse, ut saepe, sic excerptis : De Avibus... Capus Itala lingua dicitur a capiendo ; hunc nostri falconem vocant, quod incurvis digitis sit. Quasi ' capus ' Latina, ' falco ' vox Hispana esset ! FALCONEM. Cf. infra, s. v. Falcones (78, 17).

CAMENAE. Scil. (i) quasi ' Carmenae ', (ii) quasi ' Canmenae ' (iii) quasi ' Casmenae ' . Recta est tertia etymologia, quae infra redit (59, 5 ; 222, 25). Cf. Varro L. L. 7, 26-27 : In multis verbis in quo antiqui dicebant S, postea dicunt R.. quare et Casmena Carmina carmina carmen, R extrito Camena factum.. in Carmine Priami quod est « veteres Casmenas cascā rem volo profari ». Qui addit (ibid) a voce Camena verbum canere derivatum esse. Contra Serv. ad Eol. 3. 59 (Camenae Musae, quibus a cantu nomen est inditum).

CAMARA CAMUR. Charis 58, 23 K. = Plin. dub. serm. 45, 21 B. Certe illud camur a Graeco (scil. καμή, κάμπω etc.) derivavit Verrius. Sed Verrium male intellexit Isidorus qui Graecum κάμουρ fingit (Etym. 15, 8 5 Camerae sunt volumina introrsum respicientia, appellatae a curvo ; κάμουρ enim Graece curvum est). Macrobius nominatim affirmat non Graecam adiectivum 'esse sed peregrinum (Sat. 6, 4, 23). Cf. Servius et Serv. auct. ad Geo. 3, 55, ubi de boum nominibus — camuri, patuli, licini — plenius tractatur ; Nonius s. 80, 7 .

CAMPAS. Immo ἵπποκάμπους, pro quo Lucilius (1126) camhippi scripsit. Cf. Nonius 120, 13 : Hippocampi equi marini, a flexu caudarum quae piscosae sunt ; et es Graecum.. Lucilius transverso ordine posuit « camhippi elephantocameles ». Neque

Catamp <h> genus est lusus.

<*Cata Carisia in mimo ancillae....*>
Caris [s]a[m] <lēna> apud Luiliūm
 (1129) vafrum (-am) significat.

Caerimoniarum causam alii ab oppido Caere dictam existimant, alii a caritate dictas iudicant.

Caelibem dictum existimant quod dignam caelo vitam agat.

Catamitum pro Ganymede dixerunt, [qui fuit Iovis concubinus].

Caeculus condidit Praeneste. Unde putant *Caecilios* rtos [quorum erat nobilis

familia apud Romanos]. Alii appellatos eos dicunt a Caecade Troiano, Aeneae comite.

Caelius mons dictus est a Caele quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium adversum Sabinos prae-buit, eo quod in eo domicilium habuit.

Caecum vallum dicitur in quo praeacuti pali terrae adfixi herbis vel frondibus occuluntur.

Catillones appellabant antiqui gulosos. *Catillatio* grave obprobrium hominibus generosis obiciebatur, siqui provincias amicas populi Romani expoliassent.

tamen campae apud Lucilium legere licet (vetat illud 'transverso ordine') neque hic Camphippos (vetat glossa Festina in Abba, ex Abolita sumpta, Campae: equi marini).

CARISSAM. Addidi ex Abol. (CA 17 Carisa lena est vafra) et Philoxeno (CA 139) Carisa *καυλιστής* (-της) *πορνόβοσχος*. Cetera collato ps.-Plac.: Carisa vetus lena percallida, unde et in mimo (fr. xviii) fallaces ancillae cata Carisia (vel -iae) appellabantur. Nam cum haec series lemmatum Festinorum ex verbis a CAT-, CAE- incipientibus constet, apparet Festum a mimico vocabulo (quod, sicut in ps.-Plac. auxilio vocabuli Luciliani explicatum est) initium cepisse. Pro forma Carisa citat Marx favisa, mantisa, improbatque formam Cārissa (scil. in Cāria nata). Sane consensus testium vetat de Graeco adiectivo, a verbo *χαρίζομαι*, cogitare et Chārisia (vel antiquiore orthographia Carisia) scribere. Cata Carisia igitur, si verum est, pro adiectivo cata (id est acuta et callida,) non pro Graeco κατά, cum diminutivo (neutro plurali) Graeco habe.

CAERIMONIARUM. A caritate] a carentia, secundum Gell. (4, 9, 8): Masurius Sabinus in commentariis quos de Indigenis composuit «religiosum» inquit «est.. a relinquendo dictum, tamquam caerimoniae a carentia». Cf. Isid. Etym. 6, 19, 36. Cf. infra, s. v. Denariae Caerimoniae (62, 19 quibus sacra adituris decem continuis diebus.. certis quibusdam rebus carendum erat); s. v. Purim�estrio (298, 14 qui sacrorum causa toto mense in caerimoniis sunt, id est puri sint certis rebus carentia).

CAELIBEM. Hanc etymologiam vere Paganam et Romanam Christiani doctores postea exceperunt et digniore significantia decoraverunt (cf. Isid. Etym. 10, 34). Gavio Basso de Orig. Verb. eam ascribit Quint. 1, 6, 36.

CATAMITUM. Cf. cupra s. v. Alcedo (7, 8), s. v. Alimento (16, 30). Unde provenerit gloss. Ansil. (CA 959 Catamitus quidam vir fuit. Plautus (Men. 144) «ubi aquila Catamitum raperet aut ubi Venus Adoneum»), ex schol. Aen. 1, 28 an ex Festo non liquet. Ex scholiasta credo, et hic nihil nisi sua priora verba iterasse Festum.

CAECULUS. Plenam historiam habet Serv. ad Aen. 7, 681 (neo Praenestinae fundator defuit urbis.. Caeculus). Aliter Solin. 2, 9.

CAELIUS MONS. Cf. Varr. L. L. 5, 46: In Suburanae regionis parte princeps est Caelius mons a Caele Vibenna, Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Tatium regem. Vide infra, 486, 15, s. v. Tuscum Vicum.

CATILLONES. Cf. infra, s. v. Fiscellus (80, 2 casei mollis appetitor, ut catillones catillum ligurritores). Haud scio an ex commentatoribus Lucilii hanc materiam compilaverit

Caesticillus appellatur circulus quem superponit capiti qui aliquid est laturus in capite.

Caespes est terra in modum lateris caesa cum herba, sive frutex recisus et truncus.

Catulinam carnem esitavisse, hoc est comedisse, Romanos Plautus in Saturione (111) refert.

Catax clodus <a coxa>.

Caecultare est caecos imitari

Caesariati comati.

Catularia porta Romae dicta est quia non longe ab ea ad placandum Caniculae sidus frugibus inimicum *rufae canes* immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur.

Caedem putant ex Graeco dici, quod apud illos καίειν (?) significet interficere.

Caenina urbs, quae fuit vicina Romae, a Caenite conditore appellata est.

Catulus genus quoddam vinculi; qui interdum *canis* appellatur.

Verrius. Nam docet Macrobius (3, 16, 17-18) Lucilium de lupo pisce scripsisse (1176) « pontes Tiberinus duo inter captus catillo ». Macrobius addit: Eumque, quasi ligurritorem, catillonem appellat, scilicet qui proxime ripas sterco insectaretur; proprie autem catillones dicebantur qui, ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant. Nihil tamen de catillatione (voce oratoris nesciocuius, Catonis puta vel C. Gracchi).

CAESTICILLUS. Et arculus (vide supra, s. v., 15,6 circulus quem capiti inponebant ad sustinenda commodius vasa quae ad sacra publica capite portabantur). Quasi caestus pugilum (vide infra, s. v. 39, 22) a verbo caedo (unde et sequens lemma, Caespes).

CAESPES. In scriptore antiquo invenit ps. -Plac. dat. abl. casum caespitibus cum adnotatione 'glebis terrae cum suo gramine' et cum monitu eandem vocem alio loco (nimirum eiusdem scriptoris) ramis significare. Ex eius scriptoris (puta Ennii) commentatoribus similia Verrius hausisse videtur. Unde hauserit Isidorus mirum illud nescio (Etym. 17, 6, 13): Cespites frutices sunt, quasi cuspides, vel quasi circa pedes.

CATULINAM. Cf. Plin. N. H. 29, 58. hoc est com.] Noli Paulo attribuire. Nam ex Festo et ex hoc Festi loco nimirum venit gl. Abba (= Abol.) Esitat: comedit

CATAX claudus *codd.* Luciliana vox est, in obscuro versu libri II Saturarum (76):

hostilibus (Hostilius? hostibus?) contra

pestem permittiemque catax quam et Manlius nobis,

ubi Cichorius ad Hostilium Catonem alludi credit.

De qua Nonius (25, 13): Catax dicitur quem nunc coxonem vocant. Illud 'ex coxa' addidi quia glossa Abol. (CA 23 Catax: a coxa clodus) ex Festo manavit, cuius glossae plenior formam servavit Gloss. Ansil. (CO 290 Catax: clodus a coxa vel claudicans). Genetivum pluralem (cum interpretatione 'clodorum') invenit ps. -Plac. sed utrum catacium an cataculum non liquet.

CAECULTARE. Cf. infra, s. v. Caeculant (54, 12 caecis proximi sunt oculorum acie obtusa Plautus « numnam mihi oculi oculi caeculant? etc.).

CAESARIATI. Eandem formam (nom. plur.?, gen. sing.?), nimirum in eodem versu, repperit ps. -Plac. cum glossa marginali 'comati, a caesarie dicti'.

CATULARIA. rufae can.] cf. infra, s. v. Rutilae Canes (358, 27 id est non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Ateius Capito, Canario sacrificio pro frugibus deprecandae saevitiae causa sideris Caniculae).

CAEDEM. καί.] kethin *codd.*

CATULUS, CANIS. Citavitne Festus haec? Lucil. 100:

cum maniois catulo collarique ut fugitivum,

(Gloss. Abol. CA 56) Catēlla : diminutive catena, ut asinus et diminutive asellus et unus ullus.

Caestus vocantur et hi quibus puiles dimincant et genus quoddam ornatus mulierum.

Caediciae tabernae in via Appia a domini nomine sunt vocatae.

Cavillatio est iocosa calumniatio.

Cati fons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit, dictus quod in agro fuerit cuiusdam Cati.

Cacula servus militis. Plautus (Trin. 721) : Video caculam militarem <me futurum haud longius>. Dicitur autem a Graeco καλῶν, quod fustibus clavisque ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sunt.

Canalicolae forenses homines pauperes dicti quod circa canales (-lem ?) fori consisterent.

Κανῶ dicunt Graeci, nos *canistra* et per deminutionem *canistella*.

Canicae furfures de farre, a cibo canum vocatae.

Plaut. Cure. 691 :

cum catello ut accubes,
ferreo ego dico,

Plaut. Cas. 389 :

ut quidem tu hodie canem et furcam feras.

Cf. Nonius 199,7, ubi etiam catenae et (diminutiva forma) catellae tractantur.

CAESTUS. Ornatus] scil. manuum. Noli enim de Graeco quod est καστός cogitare neu de sacerdotum caesticillo (de quo Festus supra, s. v., 39,4), neve huc revocare Gloss. Abol. CE 40 Cetus (comtus) muliebres : capillos ad frontem.

CAVILLATIO. Cf. infra, s. v. Cavillum (40, 18). Illud calumniatio me adducit ut suspicer mentionem hic fuisse verbi calvor (de quo vide infra, in parte ii huius capituli), ut puta : Cavillatio quasi ' calvillatio ', ab eo quod est calvor, unde etiam calumnia ; nam cav. est ioc. cal. Sed alibi (251,26) ex Graeco καλέω derivatur calumnia. Cf. infra, s. v. Incavillatio (95, 15 per despectum inrisio).

CATIL. Cf. ps. -Plac. Catialem collem, ubi nunc lacus funditur, est dictus a Catio cuius locum (-eus erat ?)

CACULA. Potuerunt antiqui philologi a cāl- ad cācūl- securo animo procedere, non hodierni. Et quamvis versus Plauti (et Acci) cācūl- testetur, vox obsoleta in secundo post Christum saeculo pro cācūl- habita est (fortasse propter Graecum etymon), v. g. Argum. in Plaut. Pseud. (ter). Ad καλῶν etiam calones trahebant (cf. infra, s. v., 54, 19) ; alii autem et caculas et calones ad καλέω (cf. infra, s. v. Procalare, 251,26). Hinc Gloss. Philox. CA8 Cacula : δοῦλος στρατιώτου.

CANALICOLAE. Cf. Plaut. Cure. 475-6 :

in foro infumo honi homines atque dites ambulant ;
in medio propter canalem, ibi ostentatores meri.

Iure Marx (ad Lucil. 1127) vetat huc revocare Lucilli ' canalicula ' (quod est canalis diminutive ; ap. Non. 198, 6).

KANA. Cf. infra, s. v. Canifera (57,8 mulier quae fert canuam), quo revoco gloss. Abol. CA 52 Canuam : canistrum translatus (scil. in pompa). Cf. Varr. L. L. 5, 120 : Tryblia et canistra quod putant esse Latina, sunt Graeca ; τρύβλιον enim et κανοῦν dicuntur Graece.

CANICAE. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) CA 433 Canicae : furfures. Quae glossa in nos tris MSS. Abolita glossarii reficta est (CA 19) Ca : recrementa. Nisi quidem Festus scripserit

Cancrī dicebantur ab antiquis qui nunc per diminutionem *cancelli* ; ex quo genere sunt *calces* qui per diminutionem appellantur *calculi*.

Canentas (?) capitis ornamenta.

Canta pro cantata ponebant.

Caudicariae naves ex tabulis grossioribus factae.

Candelabrum dictum quod in eo candelae figantur.

Cantherius hoc distat ab equo quo *maulis* a verre, *capo* a gallo, *berbix* ab ariete. Est enim cantherius equus cui testiculi amputantur.

Cavillum cavillatio, id est inrisio.

ut puta Ca. fu. farris recrementa. Cf. Nonius 88, 17: Canicas veteres furfures esse voluerunt. Lucilius lib. XXVII (711) :

quanti vellet, quam canicas a pulve e Magonis manu.

Festina nimirum est altera Abolita Glossarii obscurior glossa (CA 10) Caniles ex farina et aqua coquitur. Quae varie emendatur : caniceus (scil. panis) *Nettleship*, τηγανίτης *Heraeus*.

CANCRI. Accus. casum habuit scriptor antiquus (cf. ps.—Plac. Cancros : cancellos). Illud ' ex quo gen. ' (scil. masculino) indicat Festum demutato in diminutivis genere disputavisse, cuius mutationis frequens apud grammaticos exemplum *canis*, *canicula* haud scio an viam ex Canicae ad Cancrī paraverit. Calx mascul. gen. testatur Nonius (199, 20) in Plaut. Poen. 908, etc. Cf. Cato R. R. 18,7 (calce harenato). Dat. Abl. casum habuit scriptor antiquus a ps. —Plac. adhibitus, Calcibus : calculorum primigenia appellatione. Unde Isidorus prava lectione ' Callibus ' deceptus (Etym. 18, 62) : Calculi, quod per vias ordinales eant, quasi per calles (!). Ex scholiis Vergilianis (fortasse ex Festo haustis) Gloss. Abstr. (CA 27 Cancrī : cancelli, CA 83 Calculus : lapillus ; calx enim lapis est, unde et calculari dicitur, id est numeros). An ex eisdem scholiis (nimirum Donati) Isidorus (Etym. 10, 43 Calculator : a calculis, id est lapillis minutis quos antiqui in manu tenentes numeros componebant) ?

CANENTAS. —tas **vel** —tes **vel** —ta sunt **codd.** Nugatur Rosenberg (Philol. 34, 761).

CANTA. Sane Varro (L. L. 7, 27) memorat in carm. Sal. (1) cante pro canite. Sed cur hic ' Cante pro cantate ' scribam non invenio. Malim Varroni attribuere ' Cantae pro cantatae ' ; nam in unico Varronis L. L. codice tenuissimum discrimen est inter E vocaleni et AE diphthongum.

CAUDICARIAE. Quid scripsit Festus ? Cum Gloss. Amplon. II (Cladicariae naves : onerariae) saepe Graecas interpretationes Festinarum in Philoxeno glossarum male verterit, solum habemus ducem Isidorum. Et quam caecum ducem ! Qui sic Festum (?) excerptis (Etym. 19, 1, 27 De Navibus) : Trabariae amniculae naves quae ex singulis trabibus cavantur, quae alio nomine litorariae dicuntur ; haec et caudicae, ex uno ligno cavato factae, et inde caudicae quia a quattuor usque ad decem homines capiunt. Unde colligo Festum hoc loco non solum de adiectivo caudic—sed etiam de adiectivo trab—tractavisse ; cf. infra, s. v. Trabica (504,6 Trabica navis quod sit trabibus confixa, etc.). Sed plenius lumen admittit Nonius (535, 11) : Codicarias naves etiam nunc consuetudo appellat eo quod in fluminibus sint usui... Varro de Vita Populi Romani lib. III « quod antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant ; a quo in Tiberi navis codicarias appellamus. »

CANDELABRUM. Vide supra, ad Cicindela (37, 17). Cf. Varr. L. L. 5, 119 : Candelabrum a candela ; ex his enim funiculi ardentes figebantur ; R. R. VIII (ap. Serv. auct. Aen. 2, 225 ; Maer. 3, 4, 2) : Ut in quo figunt candelam candelabrum appellant, sic in quo deum ponunt delubrum dicunt.

CANTHERIUS. Cf. Varr. R. R. 2, 7, 15 : Ideo quod semine carent, ei cantherii appellati.

CAVILLUM. Cf. supra, 39, 26 (Cavillatio est iocosa calumniatio) ; infra, 95, 15, Incavilla-

Caudeae cistellae ex iunco a similitudine equinae caudae factae.

Caulae a cavo dictae. Antiquitus enim ante usum tectorum oves in antris claudebantur.

Cavum a chao dictum et eius inanitate.

<*Calones*...> *Caculatum* servitium. *Calones* calcei ex ligno facti.

Clacendix genus conchae. <Plautus (Vid. frag. 11) : *Opposita est clacendix* ; at ego signi dicam quid siet>.

Calpar genus vasis fictilis.

Calces (?) ampullae plumbeae.

Calbeos armillas dicebant quibus triumphantes utebantur et quibus ob virtutem milites donabantur.

tio per despectum inrisio. Non plur. nom. invenit ps.—Plac. in scriptore antiquo (Cavilla : cavillatio) sed formam femininam (cf. Plaut. Aul. 638 aufer cavillam). Ex Schol. Vergil. glossae Abstr. CA 75 Cavillum : iocus cum convicio ; CA 6 Cavillatur : cum convicio iocatur vel ridet.

CAUDEA. Vox Plautina est, Rud. 1109, 1133 :

cistellam isti inesse oportet caudeam in isto vidulo,

unde ps.—Plac. (Caudeam : iunceam, quod iunca cauda emergat).

CAULAE. Multo sanior etymologia quam in schol. Servii Aen. 9. 59 (unde Isid. Etym. 15, 9, 6) : Graecum nomen C detracto ; nam Graeci αὐλὰς vocant animalium receptacula.

CAVUM. Vocabula cavus, caelum, chaos, inchoo ingeniosius quam verius ad unum etymon rettulerunt philologi antiqui. Cf. Varr. L. L. 5, 19 : A chao cavo caelum. Cf. supra, s. v. Cohum (34, 28) ; infra, s. v. Inchoare (95,4).

CACULATUM. Cum nova lemmatum series ex verbis a CAL—incipientibus constet, suspicor Festum prius de calonibus militum servis (quorum saepe cum caculis mentio fit) hic dixisse (cf. supra 39,29. s. v. Cacula, infra 54, 19, s. v. Calones). Caculatum si non acc. casus nominis verbalis est sed supin., scribendum erit non servitium sed servitum. Verbum ipsum in fut. indic. profert ps.—Plac. (Caculabor : serviam ; dictum a caculis qui sunt militares).

CALONES. Servius videtur interpretari calones ut καλοπόδια (ad Aen. 1, 39 Classis dicta est ἀπὸ τῶν κάλων, id est a lignis ; unde et calones dicuntur qui ligna militibus portant et καλοπόδια). Si Isidoro, Festum excerpti, credimus, erant cothurni tragoedorum (Etym. 19, 34, 6 De Calciamentis. Baxeae calciamentum comoedorum erat, sicut tragoedorum coturni. Quos quidam etiam calones appellant, eo quod ex salice fierent ; nam Graeci, ut diximus, lignum κάλα vocabant). Sed audemusne credere Isidoro qui Servii locum, modo citatum, sic excerpterit (Etym. 19, 1, 15 Classis dicta est a Graeco vocabulo, ἀπὸ τῶν κάλων, id est lignis ; unde et calones naviculae quae ligna militibus portant) ? Calones naviculae ! Ne illud quidem salicis ex Isidoro audeo Festo imputare. O quam temere excepit Thesaurus Latinus temerariam in Plaut. Poen. 1168 emendationem, calpro cel— ! Cuius enim nisi Isidori testimonio nititur ficticium illud calo tragoedi cothurnus ?

CLACENDIX. Hinc Gloss. Corp. (=Abol.) C 463 Clacendix : concha. Expectes Calc— quae forma nimirum eruditiorum in usu erat et a qua Festus incepit (Cf. Graec. κάλχη).

Dubitabis mecum an recte elegerit tertiam formam ' claxendix ' Thesaurus Latinus codicibus aliquot fretus Prisciani (I p. 165) : Claxendix (vel clasendix), quod significat concham qua signum tegitur ; Plautus in Vidularia, etc. Et miraberis mecum Thesaurum Latinum nugae et deliramenta mediaevalis magistri Hibernici (ex Gramm. suppl., p. CLXXIX adiecissee.

CALPAR. Et nomen vini (cf. infra, s. v., 57, 16).

CALBEOS. Vide infra, s. v. Galbeum (85, 12).

Calix, quod in eo calidum bibitur (!).

Calpurni a Calpo, Numae regis filio, sunt oriundi.

Cal[li]m (?) antiqui dicebant pro clam ; ut *nis* pro nobis ; *sum* pro suam ; *im* pro eum.

Calicata aedificia calce polita.

Calyptra genus vestimenti quo capita operiebant.

Calathos Graeci, nos dicimus quasillos.

Caduceatores legati pacem petentes <ca-

duceum ferentes>. Cato (inc. 4) « caduceatori » inquit « nemo homo nocet ».

Carinantes probra obiectantes, a carina dicti, quae est infima pars navis ; sic illi sortis infimae. <Ennius (Ann. 563) : Contra carinantes verba atque obscena profatos>.

Cadmea terra quae in aes coicitur ut fiat orichalcum.

Casa (?) a cavatione dicta.

Cascum antiquum. *Casnar* senex Oscorum lingua.

CALIX. Cf. Varr. L. L. 5, 127 : Calix a caldo quod in eo calda puls apponebatur et caldum eo bibebant. Cum lemmate superiore (40,25) Calones conectere videtur Isidorus, qui sic dicit (Etym. 20, 5, 5) : Calices et calathi et scalae poculorum genera antea ex ligno facta, inde et vocata ; Graeci enim omne lignum καλα dicebant). Et si ea tam mira ex Festo traxit, pro scalae lege calces (ampullae ; sed plumbeae !)

CALPURNII. Cf. Plutarch. Num 2.

CALLIM. Clamde ps. -Plac. (Clade : clam vel occulte) ; unde clandestinus, ut videtur. NIS. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Nis : nobis.

SAM. Et pro eam. Cf. infra, s. v. Sas (432,26).

IM. Et em. Cf. infra, s. v. Im (92,1) s. v. Eum (67,23).

CALICATA. Cf. infra, s. v. Calicatis (51,19) ; s. v. Decalcatum (66, 14). Et quia infra habemus dat. abl. cas. (Calicatis calce politis), colligo inferius lemma esse verius.

CALYPTRA. Hincine Gloss. Corp. (= Abol.) C191 Calyptra : genus mitrae ?

CALATHOS. Hincine Gloss. Philox. QUA 61 Quasillus : καλαθος ? Hinc nimirum Gloss. Ansil. (= Abol.) QUA 240 Quasillum (-us) Latinum est quod Graece calathum dicitur.

CADUCEATORES. Addidi ex Gloss. Cyrill. (= Philox.) Caduceator : κηρυξ ὁ ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστελλόμενος τὸ κηρύκιον φέρων. Unde Gloss. Amplon, II Caduceatus (-tor) : legatus.

CARINANTES. Cur non credamus Ennianum versum a Festo laudatum ? Laudatus est a Serv. auct. in Aen. 8, 361 (lautis mugire Carinis), qui aliter verbum explicat, et a quo hausit Gloss. Abstr. (KA 16 Karinantes : inludentes vel inridentes). Sed ps. -Plac. habet aliam formam et prorsus aliam explicationem (A carinatoribus lanariis, quia cariunt, id est carpunt vel dividunt, carinator maledicus conviciator). Ex Festo nimirum Gloss. Philox. CA 162 Carinari : χαριεντίζεσθαι (!), sed a Festo Graecum etymon memoratum esse nullo modo constat.

CADMEA. terra] an recte ? Cf. Plin. N. H. 34, 2 : Aes fit et e lapide aereo quem vocant cadmean, celebri trans maria et quondam in Campania. || orich.] cf. supra, s. v. Aurichalcum (8, 15).

CASA. Malim Casa <pastorum, caulae> a ca. di. siquidem ex Festo (non ex Vergiliana glossa) provenit gloss. Abol. (CA 43 Caulas : septa ovium, casae pastorum). Cf. supra, s. v. Caulae (40, 21). Sed vide infra, s. v. Caseus (41, 20).

CASCUM. Hinc, credo, Gloss. Ansil. (= Abol.) Cascum : antiquum ; Gloss. Cyrill. (= Philox.) Cascus : παλαιός.

CASNAR. Plenius et cascum et casnar tractat Varro (L. L. 7, 28-29) : Cascum significat



Cassiculum (-lo ?) *reticulum* (-lo ?) a *cassibus* per deminutionem dictum (-to ?).

Caseus a coeundo dictus.

Casilam antiqui pro *casside* ponebant.

Cassabundus crebro cadens. <..“ *cassabundae* ”>.

Casaria quae custodit *casam*.

Cassia via a *Cassio strata*.

Caput ex Graeco dictum quod illi [interdum *κάρα*] *τὴν κεφαλὴν* dicunt.

Caperratum rugosum a cornuum caprinorum similitudine dicitur.

Capis poculi genus dictum a capiando.

vetus ; eius origo Sabina, quae usque radices in Oscam linguam egit.. idem ostendit quod oppidum vocatur Casinum — hoc enim ab Sabinis orti Samnites tenuerunt — et nostri etiam nunc Forum Vetus appellant ; item significat in Atellanis aliquot Pappum senem, quod Osoi Casnar appellant. Dat. casu vocem ab antiquo scriptore usurpatam repperit ps. -Plac. (Casnari : seni Oscorem lingua), qui etiam habet Casnar : senex. Sunt qui casnares in Varr. Menipp. 494 (ap. Non. 86, 19) legant. Ex Festo Gloss. Abol. CA 20 Casnar : senex. Ex schol. Vergil. Gloss. Abstr. KA 18 Kasnar : senex.

CASSICULO. Cf. ps. -Plac. Cassiculo : reticulo, a cassibus. Ex Festo Gloss. Abol. CA 55 Cassiculo : reticulo. Ex schol. Verg., ut vid., Gloss. Abstr. KA 6-7 Kasses : retia, Kassiculum : reticulum.

CASEUS. An a coagendo ? Nam eadem insana etymologia est in Varr. L. L. 5, 108 : Caseus a coacto lacte, ut ‘ coxeus ’ dictus ; 6, 43 e lacte coacto caseus nominatus.

CASILAM. De consonantibus antiquitus non geminatis, vide supra, s. v. Anus (5, 25). De D et L litteris affinibus, vide supra, s. v. Ancaesa (18, 21). Hincine Isid. Etym. 18, 14, 1 : Cassidam autem a Tusceis nominatam ; illi enim galeam cassim nominant, credo a capite ?

CASSABUNDUS. Supplevi ex Gloss. Abol. (CA 7 Cassabundus : instabilis, vacillans, CA 58 Cassabundae : saepius cadentes). Varro profert formam cassabundum ex Naevio (LL 7, 53) : Apud Naevium (com. 120) « risi egomet cassabundum ire ebrium » ; cassabundum a cadendo. Ps. -Plac. profert eandem formam et fortasse ex eodem versu (Cassabundum : dubitantem, titubantem) et dat cas. (Cassabundo : titubanti).

CASARIA. Scil. anus aut cañes.

CAPERRATUM. Varro profert formam caperratā ex Nāevio (L. L. 7, 107) : Apud Naevium in Dolo (com. 49a) « caperrata fronte », a caprae fronte. Et ipse usurpavit vocem Naevianam (Menipp. 134) :

quin mihi caperratam tuam frontem, Strobile, omittis,

nisi quidem hunc septenarium e comico nescioquo citat. Ansileubi glossa (CA 292 Caperratum : erectum rigidum) potest ad glossam Apuleianam in Abolita redire (CA 50 Caperratum supercilium : triste supercilium), ex Apul. Met. 9, 10 sumptam. Sed altera Ansileubi glossa (FR 227 Frontem caperratam : aut tristem aut superciliosam ac minacem), si revera ex Gloss. Abol. (et Festo) provenit, indicio esse potest a Festo eum septenarium esse citatum. Ad Festum quoque revocare velim Gloss. Abba (= Abol.) Caperrata : contracta, rugosa. De verbis caperrare et caperrascere vide Thes. Lat.

CAPIS. Cf. Varro L. L. 5, 121 : Capid<es> et minores capulae a capiando, quod ansatae ut prehendi possent, id est capi ; harum figuras in vasis sacris ligneas ac fictiles antiquas etiam nunc videmus ; Vit. Pop. Rom. I (apud Non. 547, 12) : Etiam nunc pocula quae vocant capulas ac capides. Sed infra, s. v. Patellae (292, 35), habet Festus aliam deminutivam formam, capidulae. Ad Festum, sive hic sive alibi, revocanda est gl. corrupta Abol. (CA 16) Capedines (vel Capides) : vasa festiva (vel fictilia) Saliorum, eo quod manu capiantur. De voce capedines (qua etiam Cicero utitur) vide Thes. Ling. Lat.

Capsae a Graeco appellantur ; has illi
καμπτραις dicunt.

Capital facinus quod capitis poena luitur.

Capronae equorum iubae in frontem de vexae,
quasi a capite pronae.

(Gloss. Abol. CA 65) Capronae :

< Lucilius (288) :

iactari caput atque comas, fluitare
capronas

altas, frontibus immissas, ut mos
fuit illis. >

Hic medios inter tempora capillos ;
proprie vero equorum iubae quae inni-
nent ita dictae quasi in capita pronae.

Capidulum genus vestimenti quo caput
tegebatur.

Caprae dictae quod omne virgultum car-
pant <.. " omnicaepae caprae.. "> ;
sive a crepitu crurum, unde et *crepas*
eas prisci dixerunt.

Cuppes et *cupedia* antiqui lautiores cibos
nominabant ; inde et macellum *Forum*
cupedinis appellabant. Cupedia autem
a cupiditate sunt dicta, vel sicut Varro
(Hum. Rer. IX fr. 1 M.) vult, quod ibi
fuerit Cupedinis equitis domus qui fuerat
ob latrocinium damnatus.

Caprunculum (?) vas fictile.

Curatores dicuntur qui pupillis loco tuto-
rum dantur ; sive illi qui rei frumentariae
agrisve dividendis praepositi sunt.

Curia locus est ubi publicas curas gerebant.

CAPSAE. Hincine Gloss. Cyrill. (= Philox.) Capsa : καμπτρα, Capsarius : καμπτροποιός ?
Vide ne huc pertineat etiam gl. Ansil. CA 369 Capsus : carruca undique contexta ; quasi
capsa. Cf. infra, s. v. Ploxinum (260, 1 appellari ait Catullus capsum in cisio capsamve).

CAPRONAE. Ad eundem versum Lucilii (a Nonio servatum) spectat ps. -Plac., Capro-
nas : iubas equorum. Cf. Nonius 22, 3 : Capronae dicuntur comae quae ante frontem sunt,
quasi a capite pronae ; Lucilius Satyrarum lib. VII " iactari ", etc. Hanc interpretationem
non a grammatico priore sed ex marginali in suo Lucilii poematum libro adnotatione. Vide
igitur quam tota de hac voce doctrina, sive apud Festum sive apud Nonium sive apud ps.-
Placidum, a glossographis antiquis pendeat. Et sic de omnibus eiusmodi glossis iudica.

CAPIDULUM. -ped- in Gloss. ps.- Plac. (Capedulum : vestimentum oapitis) ; -pit- in
Isidoro (Etyrn. 19, 31, 3 Capitulum est quod vulgo capitulare dicunt ; idem et cappa, etc.)
et in Nonio (542, 23 Capitia caputum tegmina, Varro... haec et capitula appellavit).

CAPRAE. Omnic. cap. (versus cretici partem) supplevi ex Varrone L. L. 5, 97 : Capra
carpa ; a quo scriptum « omnic. cap. » Ex Festo (et alio auctore ?) hausit Isid. Etyrn. 12, 1
15 : Capros et capras a carpendis virgultis quidam dixerunt ; alii quod captent aspera ; non
nulli a crepitu crurum, unde eas crepas vocitatas, etc. Cf. Varr. R. R. 2, 3, 7 (a carpando
caprae).

CREPAS. Cf. infra (49, 18), s. v. Crepos (i. e. Luperco).

CUPPES. Cf. Varr. Hum. Rer. (ap. Donat. ad Eun. 256) : Numerius Equitius Cuppes et
Manius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta ; his in exsilium actis
bona publicata sunt, aedes ubi habitabant dirutae eque ea pecunia scalae Deum Pena-
tium aedificatae sunt ; ubi habitabant, locus ubi venirent ea quae vescendi causa in urbem
erant allata ; itaque ab altero Macellum, ab altero Forum Cupedinis appellatum ; L. L. 5,
146-147. Cf. infra, s. v. (112, 14) Macellum ; s. v. (in L. capitulo part. ii) Lanii Coqui.

CAPRUNCULUM. An cupunculum ?

CURIA. Cf. Varr. L. L. 6, 46 : Curia, ubi senatus rem publicam curat, et illa (Calabra ?)
ubi cura sacrorum publica ; 5, 155 ; Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 57, 1). Hincine (per Gloss.
Abol.) an ex Nonio Gloss. Amplon II A cura curia dicta ?

Calabra curia dicebatur ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Curiae etiam nominantur in quibus uniuscuiusque partis populi Romani quid geritur, quales sunt hae in quas Romulus populum distribuit numero triginta, quibus postea additae sunt quinque ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret feriasque observaret; [h]isque curiis singulis nomina *Curiarum virginum* inposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt.

Curriculo pro cursim ponebant. Plautus (inc. fr. 17) "licet" inquit "vos abire curriculo". *Curriculus* diminutivum est a curru.

Curti lacus appellatur a Curtio qui eo loco

in profundissimum se ob salutem Romani populi proiecit hiatum.

Curionium aes dicebatur quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus.

Curis est Sabine hasta. Unde Romulus *Quirinus*, quia eam ferebat, est dictus; et Romani a Quirino *Quirites* dicuntur. Quidam eum dictum putant a *Curibus*, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum. *Curitim Iunonem* appellabant quia eandem ferre hastam putabant.

Curiales eiusdem curiae, ut *tribules* et *municipes*.

Currules equi quadrigales. *Cur[r]ules magistratus* appellati sunt quia curru vehebantur.

CALABRA. Hinc Gloss. Philox. CA 32. Calebra : ἑπών (ἑρῶν ?) βουλή. Plenius Serv. auct. ad Aen. 8, 654.

CURIARUM VIRGINUM. soil. ex oppido Sabino Curibus.

CURRICULO. Cf. ps. -Plac. (C. cursu veloci).

CURRICULUS. De hac forma masc. vide Thes. Lat. Curriculum neut. in Varronis epistula cur Nonius (263,2) masc. esse affirmat? Cf. Charis. 77, 11 K. : Curriculus masculine deminutio est currus, neutraliter autem curriculum spatium ad currendum aptum vel ipsum currendi officium, ut Cicero et Varro locuntur. Ex Festo provenire possunt glossae Abol. (CU 2 Curriculum : certum temporis cursum. CU 8 Curricula : temporum annorumque cursus vel spatia); sed potius ex Charisio Gloss. Cyrill. (=Philox.) Curriculum ἀμῶτιον, Curriculum στάδιον.

CURTII LACUS (-cum codd.) Plenius Varro L. L. 5, 148-150.

CURIONIUM. Cf. infra, s. v. Curionia Sacra (54, 23).

CURIS. Cf. infra, s. v. Caelibari Hasta (55,7). Cf. Varr. ap. Dionys. Ant. Rom. 2, 48, 4.

QUIRINUS. Cf. infra, s. v. (302,30).

QUIRITES. Cf. infra, s. v. (304,3). Cf. Varr. L. L. 6, 68 (Quirites a Curensibus, etc.); 5, 51.

CURIBUS. Cf. infra, s. v. Quirinus (302, 33).

CURITIM. Cf. infra, s. v. Caelibari Hasta (55, 6); s. v. Curiales Mensae (56, 21); s. v. Quirinus (302, 28). Vergilius (Aen. 1, 17 hic currus fuit) praetulisse videtur eam etymologiam quam Serv. auct. habet l. c. : In sacris Tiburtibus sic precantur « Iuno Curitis tuo curru clipeoque tuere meos curiae vernulas ». Aliam memorat Schol. Pers. 4, 26 : Curibus, quod nomen loci est, unde et Iuno Curitis dicitur quia ibi vehementer colitur.

CURIALES. Sunt qui hunc ordinem malint : Curiales, Curiata Comitia, Currules Equi. Sed cum infra memoretur vox Curiales ab eo quod est Curis derivata (56,21 Curiales Mensae in quibus immolabatur Iunoni quae Curis appellata est), in tradito ordine acquievi.

CURIONUS. Pristini moris vestigia sunt Latona, colonus, et fortasse persona.

Curiata comitia a curiis sunt appellata.

<Curio.> *Centurionus* antea qui nunc centurio, et *curionus*, et *decurionus* dicebantur.

Curia Tifata a Curio dicta est (sunt ?) qui eo loco domum habuerat.

Cura dicta est quasi 'cor-eda', vel quia cor urat.

Cum imperio est dicebatur apud antiquos cui nominatim a populo dabatur imperium. *Cum potestate* est dicebatur de eo qui a populo alicui negotio praeferebatur (-ficieb- ?).

Cuniculus, id est foramen sub terra occultum, aut ab animali quod simile est lepori appellatur, cui subter fossa terra latere est solitum, aut a cuneorum similitudine qui omnem materiam intrant findentes.

Clunaculum cultrum sanguinarium dictum vel quia ad clunes dependit vel quia clunes hostiarum dividit.

Cumerum (-rus ?) vas nuptiale, a similitudine *cumerarum*, quae fiunt palmeae vel sparteae ad usum popularem, sic appellatum.

CURIATA COMITIA. Cf. Varr. L. L. 5, 155. Cf. infra, s. v. Centuriata Comititia (47,3 item Curiata, etc.)

CURRULES EQUI. ante Curiata Comititia **Paulus**. Perditum scholium (Donati ?) ad Vergilium Aen. 11, 384 recuperare videmur ex gloss. Abstr. CU 31 Curulis sella : a curru, quia equi de curru currules dicuntur, velocissimi vero ad currendum ; a sedendo sellares dicuntur. Ex Festo provenire videtur gl. Philox. CU 97 Currulis equus : σύν ἀρματι ἄγωνίζόμενος ἵππος.

CURRULES MAGISTRATUS. Quatenus ex Festo hauserit Isidorus non constat (Etym. 20, 11, 11) : Sella curulis erat in quibus magistrati sedentes iura reddebant ; dictae autem curules quia apud veteres praetores et consules propter itineris longinquitatem curru forum provehebantur ; sellae autem quae post eos vehebantur, quibus sedentes dicere iura solebant, a curru curules sellae sunt nominatae. Non de loco qui infra est, s. v. Sellae Curulis (464, 24) ea proveniunt. Scito curulis et currulis eiusmodi geminas formas esse ut mamilla et mammilla, ofella et offella, etc.

CURIA TIFATA. Cf. infra, s. v. Tifata (503, 14 iliceta), et vide Huelsen (Herm. 46, 305). Curio] seil. M' Curio Dentato (cf. Vir. Ill. 33, 10 : Ob haec merita domus ei apud Tifatam et agri iugera quingenta publice data). quia vel qui] Cf. infra, s. v. Mancina Tifata (117,1 appellabantur quod Mancinus habuit insignem domum, quae publicata est eo interfecto. Eo iterum doctrinam ex uno prioris scriptoris loco sumptam et per tria capitula disiectam.

CURA. Varr. L. L. 6, 46 : Cura quod cor urat ; Serv. Aen. 1, 208 : Cura dicta ab eo quod cor urat.

CUNICULUS. ab anim.] Ita Veget. Mil. 4, 24. Contra Varro R. R. 3, 12, 6 : Cuniculi dicti ab eo quod sub terra cuniculos sibi facere solent ubi lateant in agris.

CLUNACLUM. Accus. casum in scriptore antiquo repperit ps. -Plac. cum interpretatione marginali : Pugionem, dictum ab eo quod ad clunes religetur. Ex ps. -Plac. Isidorus hausit, sed perversa in clunabulum forma (Etym. 18, 6, 6) : Pugio... idem et clunabulum dictum quod religetur ad clunem.

CUMERUS. -rum Paulus -cui tamen in huiusmodi rebus nulla fides est habenda — hoc loco saltem, sed infra (s. v. 55,23) manifesto errore -ra : -rum (acc. casu) Varro (L. L. 7, 34), de quo vide infra.

CUMERA. Plenius ps. -Acro in Sat. 1, 1, 53. Festinam esse gl. Amplon. II (Cumera : vas frumentarium) nullo modo constat.

Culeita quod tomento inculcatur appellata.

Culcitula fusticulus quidam ligneus in sacris dicebatur.

Cumulter significat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut *sodes* pro si audes, *scilicet* pro scias licet, *sis* pro si vis.

Culliola (?) cortices nucum viridium, dicta a similitudine culleorum quibus vinum sive oleum continetur.

Cussihrem (?) pro ignavo dicebant antiqui.

Cum populo agere, hoc est populum ad concilium aut comitia vocare.

Cuncti significat quidem omnes, sed coniuncti et congregati ; at vero *omnes* etiam si diversis locis sint.

Cunire est sterco facere ; unde et *inquinare*.

Cuturnium vas quo in sacrificiis vinum fundebatur.

Culigna vas potorium. Cato (or. inc. 16) "culignam" inquit "in feno Graeco ponit ut bene oleat".

<*Cunctari*...> *Coctiones* dicti videntur a cunctatione, quod in emendis vendendisque mercibus tarde perveniant ad iusti pretii finem. [Itaque apud antiquos prima syllaba per U litteram scribebatur].

Custodelam dicebant antiqui quam nunc dicimus custodiam.

Cumbam Graeci κύμβην appellant.

Cutis Graecam habet originem ; hanc enim illi dicunt κῦτιν.

Cutiliae lacus appellatur quod in eo est insula Κοτύλη nominata a Graecis.

Cnephosum (-ons- ?) antiqui dicebant tenebricosum ; Graeci enim κνέφας appellant obscurum.

Cymbium poculi genus, a similitudine navis quae κυβίς dicitur appellatum.

CULCITA. Cf. Varr. L. L. 5, 167 : Quod in eas acus aut tomentum aliudve quid culcabant, ab inculcando culcita dicta. Ex Festo nimirum Isid. Etym. 19, 26, 4 : Culeitae vocatae quod calcantur, id est farciuntur, pluma sive tomento.

CULCITULA. In Lucil. 1061 significat parvam culeitam, ut in Plaut. Most. 894.

CUMULTER. Sicut adulter significat ad alteram et adultera ad alterum (20, 5).

SODES. Cf. infra, s. v. (382, 22 si audes, uti sis pro si vis et ilico pro in loco).

SCILICET. Cf. infra, s. v. Sultis (462, 6 si voltis... sodes si audes, sis si vis, ilico in loco, scilicet scias licet, equidem ego quidem).

CULLIOLA. Vide infra, s. v. Gulliocae (87, 27). Vix huic credit Gloss. Philox. PU 8 Publica culliola : τριβάς.

CUNCTI. Ex Festone Isid. Diff. 1, 106 : Cuncti omnes sunt, si modo iuncti sunt et simul faciunt aliquid ; aliter omnes dicuntur, non cuncti ?

CUNIRE. Cf. supra, s. v. Anconulentae (10, 21... unde trahitur inquinamentum).

CUTURNIUM. Vide infra, s. v. Guturnium (87, 28 vas ex quo aqua in manus datur, ab eo quod propter oris angustias guttatim fluat).

CULIGNA. Cf. infra, s. v. (57, 2 vas vinarium).

COCTIONES. Cf. supra, s. v. Arillator (19, 1 A. qui etiam coccio appellatur).

CUSTODELAM. Cf. supra ad Confugelam (35, 7 antiqui confugium dicebant).

CUMBAM. Scil. navem (cf. infra, 44, 26, s. v. Cymbium). Non sicut infra, s. v. (56, 26 Sabini vocant eam quam militares lecticam, unde videtur derivatum esse cubiculum).

CUTILIAE. Cf. Plin. N. H. 3, 109 : In agro Reatino Cutiliae lacum in quo fluctuetur insula Italiae umbilicum esse M. Varro tradit ; Varr. L. L. 5, 71.

CNEPHOSUM. Cf. infra, s. v. Gnephosum (84, 23 obscurum, videlicet a Graeco quod est κνέφας).

CYMBIUM. An navis, κυβίς (cf. supra, 44, 20) ? Cf. Serv. ad Aen. 5, 267 (cf. ad 3, 66) Cymbia pocula in modum cymbae navis.

Calasis tunicae genus, quod Graeci καλᾶσινον (— σινον ?) dicunt. Alii dicunt nodum esse tunicae muliebris quo conexa circa cervicem tunica submititur.

Cyparissiae dicuntur ignes prodigiosi a similitudine cypressorum.

Cybebe, Mater [quam dicebant] Magna[m] ita appellabatur quod ageret homines in furem, quod Graeci κύβηβον dicunt. *Cybele* vero eadem dicta a loco qui est in Phrygia.

Cytherea Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur concha, cum in mari esset concepta.

Cyllenius Mercurius dictus quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent καλλοί vocantur ; ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt sic appellatum quod in Cyllenia via sit nutritus. Alii quod in monte Arcadia Cyllene. Alii quod a Cyllene sit nympa educatus.

Cypria Venus quod ei primum in Cypro insula templum sit constitutum ; vel quia parentibus praesideat, quod Graece κύειν parere sit.

Cynthius Apollo a Cyntho Deli monte vocatus.

Chalcidicum genus aedificii ab urbe Chalcedica dictum <.. fori deambulatorium..>

Choragium instrumentum scaenarum.

Chaos appellat Hesiodus (Theog. 116) confusam quandam ab initio unitatem hiantem patentemque in profundum. Ex eo et χάσσειν Graece et nos *hiare* dicimus. Unde *Ianus* detracta aspiratione nominatur id quod fuerit omnium primum ; cui primo supplicabant velut parenti et a quo rerum omnium factum putabant initium.

Choenica (-nix ?) mensurae genus.

Cybium dictum quia eius medium aequae patet in omnes partes, quod genus a geometriceis κύβος dicitur. Unde etiam tessellae quadratae κύβοι. Hinc et cybios (-bia ?) genus piscis, quia piscantes id genus piscium velut aleam ludant.

Cnasonas (-nes ?) acus quibus mulieres caput scalpunt.

Creperum dubium ; unde *increpitare* dicimus quia maledicta fere incerta et dubia sunt.

CALASIS. Vide supra, s. v. Aclassis (18, 31 tunica ab humeris non consuta).

CYPARISSIAE. Cf. infra, s. v. (56,8 appellantur acies quaedam igneae quae noctu apparere solent ad similitudinem cupressi). Cf. Sen. Nat. 1, 15, 4.

CYBELLE. loco] mons est Cybelus.

CYNTHIUS. Cf. Serv. auct. Geo. 3, 36 : Cynthius Apollo a Cyntho Deli monte.

CHALCIDICUM. Addidi ex Gloss. Ansil. (= Abol.) CA 175 Caldicum : fo. de. Cf. Thes. Lat.

CHORAGIUM. In glossario quod adierunt conditores glossariorum Abba Abavus Affatim erat glossa Thoragium : ornatus mimicus. Id glossarium, ni fallor, Abolita erat et ea glossa Festina (Chor. orn. mi.).

CHAOS. Cf. supra, s. v. Cohum (34,28).

IANUS. Cum supra, s. v. Axamenta (3, 12), mentio facta sit versuum Ianuorum, a Saliaribus in honorem Iani compositorum, cumque Varro (L. L. 7, 26... duonus cerus es duonus Ianusve, etc.) sententiam « bonus creator es bonus Ianus » ex eiusmodi poemate citet, suspicor nos hic habere Saliaris alicuius carminis argumentum.

CYBIUM (neut., Graece κύβιον) piscem memorat Varr. L. L. 5, 77 ; memorant plurim scriptores. Sed masculinae formae ; cybios ' nulla mentio. Illud ' cybios ' igitur suspicionem movet. Cybia (plur. neutr.) expectes, nisi latet κύβειας.

CREPERUM. Cf. infra, s. v. Decrepitus (62, 22).

INCREPITARE. Ecce quo stultitiae pervenerunt antiqui philologi dum affinitates obso-

Crepitulum ornamentum capitis ; id enim in capitis motu crepitum facit.

Crocotillum valde exile. Plautus (Cist. 408) : Extortis talis, cum crocotillis cruseulis. *Crusculum* deminutivum a crure.

Crines a disorectione dicti, quam Graeci $\kappa\rho\iota\sigma\tau\epsilon\nu$ appellant ; nam idem eos $\kappa\rho\iota\upsilon\lambda\delta\alpha\varsigma$ vocant.

Crocatio (?) corvorum vocis appellatio.

Crucium quod cruciat ; unde Lucilius (1146) vinum insuave crucium dixit.

Crocotinum genus operis pistorii.

Crustariae tabernae a vasis potoriis crustatis dictae.

Cracentes graciles. Ennius (Ann. 505) : Succinetti gladiis media regione cracentes.

Crevi modo significat hereditatem adii : modo maior aetate vel censu sum : modo divisi. Quae omnia a duobus verbis *cresco* et *cerno* veniunt ; cuius unius origo ex Graeco trahitur, quod illi $\kappa\rho\alpha\iota\upsilon\epsilon\omega$ dicunt perficere.

Creterrae vocabulum trahitur a cratere, quod vas est vini.

letae vocis creperus exquirunt ; quam tamen stultitiam vitavit scholiasta (Donatus ?) ad Aen. 1, 738 ; et fortasse ipse Verrius, si cum hoc lemmate sequens lemma coniunxit, verum etymon non omnino neglexit.

CROCOTILLUM, an crot- (cf. infra, s. v. Crocotinum, 46, 14) ? Infra, s. v. Todi (480, 22) alia est versus forma :

cum extortis talis, cum todillis cruseulis.

Ambas formas expectes, sed in unico codice nostro nonnisi hanc habes s. v. Succrotilla (390, 6). De glossis Festinis ad hunc locum Plauti pertinentibus vide ad 65, 8.

CRINES. Cf. Varr. L. L. 6, 81 : Cerno.. hinc fines (crines ?) capilli discripti ; quod f inis videtur, discrimen ; Serv. Aen. 11, 144 (Discriminat dividit, unde et discrimen capitis muliebris dicitur). Utrum hic discerniculi mentionem fecerit Verrius non liquet, de quo Nonius (282, 21) : Discerniculuth dicitur acus quae capillos a media fronte dissepreat. Si solum Servium, ut videtur, auctorem habuit Isidorus, Servii 'discrimen' in 'discriminale' mutavit (Etym. 19, 31, 8) : Discriminalia capitis mulierum sunt vocata ex eo quod caput auro discernant ; nam discriminare dividere dicitur. Vocem eam 'discriminale' in Sacra Scriptura invenit Isidorus ; et Biblicam glossam habemus in Gloss. Corp. (D 303 Discriminalia : capitis ornamentum) etc. Glossa (Discerniculum : ornamentum capitis virginis) non est Placidi sed Abstrusa (DI 72 Discerniculum : ornamentum capitis virginalis ex auro).

CROCATIO. Vulgo croccitus, ut gl. Abol. (CO 201 Croccitus : clamor corvi) ; quae glossa utrum Festina sit an Apuleiana non liquet.

CROCOTINUM. Cf. supra, s. v. Crocotillum (46, 6). Noli tamen credere illud huius esse vocabuli diminutivam formam. Nam crocotinum esse videtur Graec. $\kappa\rho\kappa\omicron\tau\iota\nu\omicron\nu$; crocotillum autem prava lectio pro crotillum (cf. succrotillum, i. e. tenue).

CRUCIUM. Isidorus more suo a Festo vocabulum insolitum mutuatus pro solito exhibet (Etym. 20, 3, 9) : Crucium vinum est insuave quod servi potant. Servorum tamen apud Lucilium esse mentionem vix constat.

CRUSTARIAE. Cur ficticiis Scaligeri glossis, uno hoc Pauli testimonio nixis, locum dare dignatur Thesaurus Linguae Latinae ?

CRACENTES. Acc. casum indicat ps. -Plac. (Cracentes : graciles, tabidos), unde Ansil. (CA 22 Cr. gr. ta.) Ex Festo Gloss. Abav. (= Abol.) Cracentes : graciles.

CRETERRAE. plural. numero (nam ex Festo provenit gl. Abol. CE 36 Creterrae : crateres), ut in versu Naeviano quem Nonius laudat (quemque Festus fortasse), Lycurg. 42 : creterris sumere aquam ex fonte.

Craticulum (-la ?) a Graeco κρατειναι deducitur.

Centuria in agris significat ducenta iugera, in re militari centum homines. *Centuriatus ager* in ducena iugera definitus quia Romulus centenis civibus ducena iugera tribuit.

Centuriata comitia item curiata comitia dicebantur quia populus Romanus per centenas turmas divisus erat.

Centenariae cenae dicebantur in quas lege Licinia non plus centusibus praeter terra enata impendebatur, id est centum assibus [qui erant breves nummi ex aere]

Cena apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium, *vesperna* quam nunc cenam appellamus.

Cenacula dicuntur ad quae scalis ascenditur..

Censionem facere dicebatur censor cum multam equiti inrogabat.

Centumviralia iudicia a centumviris sunt dicta. Nam cum essent Romae triginta et quinque tribus, quae et *curiae* sunt dictae, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui centumviri appellati sunt; et, licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen, quo facilius nominarentur, *centumviri* sunt dicti.

Centauryon medicamentum a Chirone Centauro inventum.

Censere nunc significat putare, nunc suadere, nunc decernere.

Censio hastaria dicebatur cum militi multae nomine ob delictum militare indiciebatur quod hastas daret.

Cercolop<h>is (?) genus simiae qui ultimam partem caudae villosam habet.

Cerritus furiosus.

cratere] Festus, puto, Graecam formam scripsit, cum haec lemmatum series Graeca derivativa tractare videatur.

CENTURIA. Si ex Festo, ut videtur, provenit Isid. Etym. 15, 15, 7 (*Centuria ager* est ducentorum iugerum, qui apud antiquos a centum iugeribus vocabatur, sed postea duplicata est nomenque pristinum retinuit; in numero enim centuriae multiplicatae sunt, nomen mutare non potuerunt), Festus plura habuit sicut Varro L. 5, 34 (*centuria* primum a centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen); R. R. 1, 10.

CENTURIATA COMITIA. Cf. supra (43, 9) *Curiata Comitia*.

CENTENARIAE CENAE. vel pr. terrae nata. Vox est Lucelliana, si Marxio credendum est (ad Lucil. 1353).

CENA. Vide infra, ad *Scensas* (456, 11 Sabini dicebant quas nunc cenas; quae autem nunc prandia cenas habebant, et pro cenis vespernas).

VESPERNA. Cf. infra, s. v. (505, 26 apud Plautum cena intellegitur.)

CENACULA post *Censionem Facere* Paul. Cf. Varr. L. L. 5, 162: Ubi cenabant cenaculum vocitabant, ut etiam nunc Lanuvi apud aedem Iunonis et in cetero Latio ac Faleris et Cordubae dicuntur; posteaquam in superiore parte cenitare coeperunt superioris domus universa cenacula dicta, etc. Pro antiquo Romano vocabulo postea substitutum est Graecum trielinium. Sed Verrius hic videtur cenaculum a verbo a-scendere derivasse. Cf. Inimisch (Herm. 52, 157).

CENSIO. Cf. gl. Plac. *Censio*: multa qua citatos si non <res> ponderant censor afficiebat

CENTUMVIRALIA. Cf. infra, s. v. (56, 24 quae Cviri iudicabant).

CENTAURION. Ex Festo fortasse Isid. Etym. 17, 9, 33: Centauream Graeci vocant quoniam a Chirone Centauro fertur reperta, etc.

CERRITUS. Cum hoc lemmate iunge quod infra est (106,5), Larvati (furiosi, et mente moti), si Festus, ut Nonius (44, 20) Plautinum versum tractavit (Amph. fr. xii):

tu certe aut larvatu's aut cerritus.

Cervus quod κέρατα, id est cornua, gerat dictus.

Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.

Celsus ex Graeco κέλαιον dictus.

Celeres antiqui dixerunt quos nunc equites dicimus a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo [h]is praepositus fuit. Qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere.

Cermalus locus in Urbe sic nominatus.

Columnae dictae quod culmina sustineant.

Cernuus calciamenti genus <soccus sine solo>.

Crepidines saxa prominentia.

Cloacae a conluendo dictae.

Cluras simias a clunibus tritis dictas existimant.

Crustumina tribus a Tuscorum urbe Crustumeria dicta est.

Et Festina quidem videtur esse gl. Abba (= Abol.) Cerritus : subinsanus ex commotione cerebri. Fortasse etiam gl. Amplon. II Cerritus : furiosus ; Ansil. CE 447 Cerritum : insanum, amens.

CERVUS. Auctorem communem habuerunt Verrius et Varro. Sed Varro mira perversitate haec ait (L. L. 5, 101) : Cervi quod magna cornua gerunt, 'gervi'. G in C mutavit ut in multis. Et eum auctorem de Graecis etymis disputasse haud scio an Servius indicet (ad Aen. 1, 184) : Cervi dicti sunt ἀπὸ τῶν κεράτων, id est a cornibus ; sciendum autem est etiam Latina nomina Graecam plerumque etymologiam recipere.

CEREOS. Cf. Macrob. (Sat. 1, 7, 33) : Cum multi occasione Saturnaliorum ambitiose munera exigerent, idque onus tenuiores gravaret, Publicius tribunus plebi tulit nonnisi cerei ditioribus missitarentur.

CELERES. Cf. Serv. Aen. 11, 603, qui etiam Graecum etymon profert (.. alii a Graeco dictum putant quod est κέλως) ; Dion. Hal. 2, 13, 2 ; Plin. N. H. 33, 35 : Equites... celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde flexuntes, postea trossuli.) cf. infra, s. v. Trossuli (505, 13).

CERMALUS. Plenius Varr. L. L. 5, 54 : Germalum a germanis Romulo et Remo, etc.

COLUMNAE. Hausit Gloss. Abstr. (CO 171 Columen : culmen ; unde columnae dicuntur) ex scholio Vergiliano Donati (cf. Donat. Phorm. 287). Donatus secutus erat Festum.

CERNUUS. Hinc, ni fallor, Isid. Etym. 19, 34, 13 : De Calciamentis... Cernui socci sunt sine solo. Cf. Marx ad Lucil. 129. De alia voce cernuus vide infra, in parte ii, s. v.

CREPIDINES. Vulgo significat haec vox aut fundamentum aedificii aut ripam fluminis, etc. (cf. Serv. et Serv. auct. ad Aen. 10, 653). Spectatne Festus ad verum poetae antiqui ? Non audeo huc revocare gl. (incertae originis) Ansil. PI 134 Pinnatae crepidines : celeres valde et veloces.

CLOACAE. Melius Serv. auct. Aen. 1, 720 (veteres cloare purgare dixerunt) ; Plin. N. H. 15, 119 (cluere antiqui purgare dicebant) ; et fortasse ipse Verrius (ne dicam Festus) scripserat 'a cluendo id est conluendo'. Sed cf. infra, s. v. Clo[e]are (58,1 inquinare ; unde et cloacae dictae).

CLURAS. Hinc Gloss. Philox. CL42 Clura : ὁμοια (i. e. similia pro simia !) Sed ex Charisio, ni fallor, ibid. CL45 Clura : πτόηκος. Ps. -Plac. invenit in scriptore vetere nescioquo acc. cas., Cluram vel glurum : simiam [cercopithecum]. Plautina vox est clurinum pecus (Truc. 269).

CRUSTUMINA. Utrum hinc (per Gloss. Abol.) an ex scholio (ad Geo. 2, 88) Vergiliano (per Gloss. Abstr.) emanavit Gloss. Abba Crustumenus : populus, Crustumia : regio ?

Clucidatum dulce<m> et suave<m> dicebatur.

Cloelia familia a Clonio, Aeneae comite, est appellata.

Clumae folliculi hordei.

Clutum Graeci κλυτόν dicunt ; unde accepta praepositione fit *inclutus* (-lut- ?) In enim saepe augendi causa <a>dici-mus, ut invocavit, inclamavit.

Clipeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt in quo foedus Gabinorum cum Romanis fuerat descriptum. *Classes clipeatas*, antiqui dixerunt quos nunc exercitus vocamus.

? (Schol. Isid.) Κλάσσον Graece divide dicitur.

Cloeliae fossae a Cloelio duce Albanorum dictae.

Cludere et *clavis* ex Graeco descendit ; cuius rei tutelam penes *Portunum* esse putabant, qui clavim manu tenere fingebatur et deus putabatur esse portarum. *Clavim* consuetudo erat mulieribus donare ob significandam partus facilitatem. *Clusula*, quam Graeci ἐπωδόν vocant, a brevi conclusione est appellata.

Clavata dicuntur aut vestimenta clavis intertexta aut calciamenta clavis confixa.

Clavus annalis appellabatur qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos ut per eos numerus colligeretur annorum.

Classis procincta exercitus instructus.

Clingere cingere a Graeco κυκλῶν dici manifestum est.

Cercopa Graeci appellant lucrari undique

CLUCIDATUM. Vox Naeviana (ap. Varr. L. L. 7, 107 -tus). Cf. infra, s. v. Glucidatum (87, 24 suavem et iucundum ; Graeci enim γλυκύν dulcem dicunt).

CLOELIA. Cf. infra, s. v. Cloeliae Fossae (48, 24). Malim Clovio, quamquam Clonius commemoratur in Aen. 9, 574 (Turnus Itym Cloniumque Dioxippum Promolumque) et Cronius (var. lect. Clonius) in Aen. 10, 749 (Messapus Cloniumque Lycaoniumque Erichae-ten).

CLUMAE. Cf. infra, s. v. Gluma (87, 20 hordei tunicula, dictum quod glubatur, etc.). Ab hoc loco Festi gl. Philox. CL50. Cluma : κριθῆς λέπυρον ; ab illo gl. Philox. GL30 Gluma : λέπυρον κριθῆς. Cum prior glossa exhibeat in unico codice nostro Clunar (non Cluma), est cur suspicemur Festi lemma hoc loco fuisse Clumas (acc. plur.).

INCLYTUS. Cf. infra (95,9) Inclutus nobilis, clarus.

IN. Cf. infra, s. v. (96, 1 ; 97, 15), s. v. Ingens (101, 26 dicitur augendi consuetudine, ut inclamare, invocare).

CLIPEUM. Cf. Dion. Hal. 4, 58, 4. || Gab- vel Sab- codd.

CLASSES CLIPEATAS. Voxne Enniana ? De antiquo usu classis pro exercitu vide ad 251, 20.

CLOELIAE FOSSAE. Cf. supra, s. v. Cloelia Familia (48, 14). Cf. Liv. 1, 23, 3.

PORTUNUM. Cf. infra, s. v. (278,21). portarum] nam portus antiquitus idem atque porta valebat. Cf. infra, s. v. Portum (262, 19).

CLAUSULA. Hincine gl. Abav. (= Abol.) CL17 Clausula : conclusio ?

CLAVUS ANNALIS. Cf. Liv. 7, 3.

CLASSIS PROCINCTA. Cf. infra, s. v. Procincta Classis (251, 19 ; 294,3 dicebatur exercitus ad proelium instructus et paratus).

CLINGERE. Ex Festo, sed per Philoxenum, gl. Abav. CL 24 Clingit : cludit. Nam Festus videtur ex Procincta ad Clingere recta via procedere et affirmare Latinum verbum cingere Graecae originis fuisse, quippe cuius pristina forma non cingere sed clingere fuisset.

CERCOPA. Verrium ex commentatoribus Plaut. Trin. 928 hausisse minime constat,

cupientem, quasi κέρδωνα, quem nos quoque lucrionem vocamus.

Classici testes dicebantur qui signandis testamentis adhibebantur.

Commoetaculum genus virgulae qua in sacrificiis utebantur.

Cervaria ovis quae pro cerva immolabatur.

Crep[us], id est Lupercos, dicebant a crepitu pellicularum quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in Lupercalibus nudos discurrere et pellibus obvias quasque feminas ferire.

Condere componere.

Cincia locus Romae ubi Cinciorum monumentum fuit.

Capital linteum quoddam quo in sacrificiis utebantur.

Castrensi corona donabatur qui primus hostium castra pugnando introisset ; cui insigne erat ex auro vallum.

Colluviaris porcus dicitur qui cibo permixto et colluvie nutritur.

Cognitor est qui litem alterius suscipit coram [ab] eo cui datus est. *Procurator* autem absentis nomine actor fit.

Claudiana tonitrua appellabantur quia Claudius Pulcher instituit ut ludis post scaenam coniectus lapidum ita fieret ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam ante leves admodum et parvi sonitus fiebant, cum clavi et lapides in labrum aeneum coicerentur.

Caesones appellantur ex utero matris exsecti. *Caesar*, quod est cognomen Iuliorum, a caesarie dictus est, quia scilicet cum caesarie natus est.

cum vera lectio in eo versu possit esse ' ad Rhadamam in Cecropio (-ia) insula ' (cf. Prescott, *Amer. Journ. Phil.* 29, 59).

CLASSICI TESTES. Cf. Gell. 6, 13.

COMMOETACULUM. A verbo commovere. Cf. infra, s. v. Commoetacula (56, 29 virgae quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant).

CERVARIA. Eadem infra iterantur s. v. (57, 5).

CREPOS. Cf. supra, s. v. Caprae (42, 7 a crepitu crurum ; unde et crepas eas prisci dixerunt). Non tamen audeo litterae in codice archetypo geminatae vestigium delere, memor formarum velut cuppes. Plenius de Lupercalibus infra, s. v. Februarii Mensis (75, 27). Cf. Otto (Philol. 72, 179).

CONDERE. Plenius supra, s. v. (36, 6)

CINCIA. Cf. infra, s. v. Romanam Portam (318, 26 qui locus ab antiquis appellari solitus est statuae Cinciae, quod in eo fuit sepulcrum eius familiae).

CAPITAL. Cf. Varro L. L. 5, 130 : Texta fasciola qua capillum in capite alligarent dictum capital a capite, quod sacerdotulae in capite etiam nunc solent habere.

CASTRENSI CORONA. Ex Verrio Gell. (5, 6, 17) : Castrensis est corona qua donat imperator eum qui primus hostium castra pugnans introivit ; ea corona insigne valli habet. Plene igitur exscripsit Festum Paulus.

COGNITOR. Cf. ps. -Ascon. Div. in Caec. p. 104 : Qui defendit alterum in iudicio aut patronus dicitur, si orator est ; aut advocatus, si aut ius suggerit aut praesentiam suam commodat amico ; aut procurator, si absentis negotium suscipit ; aut cognitor, si praesentis causam novit et sic tuetur ut suam ; Isid. Diff. 1, 123 ; Gaius Inst. 4, 83.

CAESONES. CAESAR. Duo lemmata idcirco coniunxi quia Isidorus, Festo nimirum usus, haec dicit (Etym. 9, 3, 12) : Caesar dictus quod caeso mortuae matris utero prolatus eductusque fuerit, vel quia cum caesarie natus sit... qui enim exsecto utero eximebantur, Caesones et Caesares appellabantur. Tertiam etymologiam profert Serv. Aen. 1, 286

Capsit prehenderit.

Capreoli vitium cincinni intorti quia ad locum capiendum tendunt appellati.

Capillatam vel *Capillarem arborem* dicebant in qua capillum tonsum suspendebant.

Contestari litem dicuntur duo aut plures adversarii quod ordinato iudicio utraque pars dicere solet : Testes estote.

Caviares hostiae dicebantur quod *caviae* [id est] pars hostiae cauda tenus dicitur ; et ponebatur in sacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno.

Confeta sus dicebatur quae cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium.

Conclavatae dicebantur quae sub eadem erant clave.

Colossus a *Caeto* (?) artifice a quo formatus est dictus. Fuit enim apud Rhodum insulam statua Solis alta pedes centum et quinque.

Codeta appellatur ager trans Tiberim quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem.

Censui censendo agri proprie appellantur qui et emi et venire iure civili possunt.

Comedum bona sua consumentem antiqui dixerunt. *Comedo*, comedonis, qui, ut supra, bona sua consumit.

(Festus quoque fortasse) : Caesar vel quod caeso matris ventre natus est vel quod avus eius in Africa manu propria occidit elephantem, qui ' caesa ' dicitur lingua Poenorum. Cf. etiam Lib. de Praen. 6 : Caesones adpellati sunt qui e mortuis matribus exsecti erant.

CAPSIT. Ca. ceperit Gloss. Abol. (CA 15). Et plenior formam glossae Festinae quae in Abol. erat servasse potest Ansileubus (CA 366) Capsit : ceperit, (CA 368) Capso : cepero. Sed Ansileubus, qui iniuria ambas Placido assignat, potest alteram ex priore confinxisse. Verrium (et Festum) addidisse veri simile est versum Plautinum (Pseud. 1022) :

si occasionem capserit,

et, si altera gl. vera est, (Bacch. 712) :

si id capso (scil. oppidum).

Hucine revocandum alterum par glossarum in Ansil. (CO 609-10) Concapito : concipito, Concapit : comprehenderit ?

CAPREOLI. Hincine gl. Abav. (= Abol.) CA 81 Capreoli : botryones (-nis) latices (helices ?) sunt ? Cf. Varr. R. R. 1, 31, 4 : Ex altera parte parit capreolum ; is est coliculus viteus intortus ut cincinnus ; hi sunt enim vitis quibus teneat id qua serpit ad locum capiendum, quo capiendolo capreolus dictus.

CAPILLATAM ARBOREM. Cf. Plin. N. H. 16, 235 : Antiquior illa est, sed incerta eius aetas, quae Capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.

CONTESTARI LITEM. Cf. supra, s. v. Contestari (34, 18 est cum uterque reus dicit : Testes estote).

CAVIARES. Cur inter lemmata a CO- incipientia stat ? Errore Pauli an quia antiqua forma caviares esset ? An lemma fuerat Coda ?

CONCLAVATAE. Cf. supra, s. v. Conclavia (34, 8 loca quae una clave clauduntur). Buecheleri emendatio huc revocat gl. Ansileubi, incertae originis, CO 605 Concabisto (Conclavato Buech.) : concludito.

COLOSSUS. Caeto] Sed Plin. N. H. 34, 41 : Solis colossus Rhodi quem fecerat Chares Lindius, Lysippi discipulus (cf. Rhet. Her. 4, 6, 9).

CODETA. Cf. supra, s. v. (34, 19 ager in quo frutices existunt in modum codarum equinarum).

CENSUI CONSENDO. Cf. Cic. Flacc. 80.

COMEDO. ut supra] Novum lemma Paulus constituit ; vix tamen Festus.

Censores dicti quod rem suam quisque tanti aestimare solitus sit quantum illi censuerint.

Consiluire Ennius (Ann. 293) pro conticuere posuit :

<nunc hostes vino domiti somnucque
sepulti
consiluire.>

Claritudinem claritatem.

Casus dicimus non modo ea quae fortuita hominibus accidunt, sed etiam vocabulorum formas quia in aliam atque aliam cadunt effigiem.

Catachresin tropum nos *abusionem* dicimus, cum alienis abutimur perinde ac si propriis, cum propria deficiunt. *Cocum* et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naevius (com. 121) "cocus" inquit "edit Neptunum, Venerem, Cere-rem". Significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem holera.

(Gloss. Fest.) Ceres frumentum vel panem, Liber vitem vel vinum, Venus libidinem vel holera, Neptunus aquam vel pisces, Vulcanus ignem vel solem significant :

cocus edit Neptunum, Cererem et Venerem expertam Vulcanum. Liberumque pariter obsorbuit.

Id est cocus comedit pisces et panem et holera cocta ad ignem et vinum pariter bibit.

Commensem (?) *cursores* Titi[n]ius (184) pro pistore dixit.

Conlativum ventrem magnum et turgidum dixit Plautus (Curc. 231) :

<cum conlativo ventre atque oculis
herbeis> ,

quia in eum omnia edulia congeruntur.

Convexum est ex omni parte declinatum, qualis est natura caeli quod ex omni parte ad terram versus declinatum est.

Confecerunt una fecerunt.

CENSORES. Cf. Varr. L. L. 5, 81 : Censor ad cuius censionem, id est arbitrium, cense-
retur populus ; Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 519, 29) : Quod hos arbitros instituerunt populi,
censores appellarunt ; idem enim valet censere et arbitrari. Cf. infra, s. v. Censio (57, 12
aestimatio ; unde censores).

CONSILUIERE. Macrobius (6, 1, 20) qui hunc versum citat ad vocem sepulti (non consi-
luere) spectat. Derivavit Festus vocem consilium supra (§. v. 36, 15) ab hoc verbo.

CLARITUDINEM. Aliena a Festo (nisi Donatus in scholio Vergiliano Festum secutus
est) videtur gl. Abstrusa (CA 97 Claritudo : claritas). Sed e Festo recta via potest provenire
gl. Philox. CL 28 Claritudo : claritas, λαμπρότης (si recte gl. ita scribitur). Cf. infra, s. v.
Sublimavit (400, 25).

CASUS. Hincine Gloss. Philox. CA 169 Casus : συντυχία, πτώσις, συμφορά ?

COCUM. Catachresis vel abusiois exemplum. In Gloss. (Vat. lat. 1469, anno 908 script.)
Naeviani versus (anap. septen. et troch. monom. cum cretic. dim.) satis agnosci possunt.

CAMMENSEM. An commensem (ut Conlativum, Convexum, Confecerunt), i. e. ad omnes
mensas (vel commensalem) ? An carensem ? Cf. ps.- Plac. Carensis : pistoribus ; a caria
quam Oscorum lingua panem esse dicimus. Et quare cursores ? Mihi videor videre Titi-
nium similiter iocantem atque iocatus est Plautus in Captivorum versibus 160-164.

CONLATIVUM. Plautus credo spectavit ad conlativum sacrificium, scil. (cf. supra, s. v.,
33, 23) quod ex conlatione offertur. herb.] vel herbis ; nam ps. -Plac. ex adnotatione
huic versus adscripta haec habet : Conlati<v>us : magnus e conlatione factus, Herbis
ab herbae colore, id est luridis.

CONVEXUM. Hincine Gloss. Philox. CO 730 Convexum : καταφέρεις, περιφέρεις ?

CONFECERUNT. Haec significatio redolet antiquitatem. Inventane est in formulis

Calicatis calce politis.

Crebrisuro apud Ennium (inc. 35) significat vallum crebris *surtis*, id est palis, munitum.

“*Cyprio bovi merendam*” Ennius (var. 26) sotadico versu cum dixit significavit id quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur. Idem cum dicit (Sat. 66) :

propter stagna ubi lanigerum genus piscibus pascit,

esse paludem demonstrat in qua nascuntur pisces, similes ranunculis, quos oves consecratae edunt.

Conspensor (-os ?) *conjurator* (-os ?).

Canturnus nomen loci.

Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

Coepiam futurum tempus ab eo quod est coepi. Cato (or. inc. 17) “*coepiam seditiosa verba loqui*” ; invenitur quoque apud maiores et infinitivi modi *coepere*.

Contionem antiqui masculino genere posuere.

Cognitu facilia eadem ratione dicitur quae dictu facilia et perspectu et factu facilia.

Contagionem esse dicendum, non contagium.

Clitellae dicuntur non tantum eae quibus sarcinae conligatae mulis portantur, sed etiam locus Romae propter similitudinem et in via Flaminia loca quaedam devexa subinde et adcliva. Est etiam tormenti genus eodem nomine appellatum.

Cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum omnium conluvie.

Compluriens a compluribus significat saepe. Cato (or. inc. 18) : *Contumelias mihi dixisti compluriens.*

Citeria appellabatur effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia quae in pompa vehi solita sit. Cato in M. Cae[ci]lium (6) : *Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum ire (iri ?) ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinatum ?*

Curionem agnum Plautus pro macro dixit, quasi cura macruisset (Aul. 562-3) :
< volo ego ex te scire quisit agnus curio. Quia ossa ac pellis totust, ita cura macet. >

sacris ? Si huc redit (sed quis illud praestat ?) gl. Cyrill. (= Philox.) Confector : *συνεργός*, Festus potest scripsisse : Confectores, qui confecerunt, id est una fecerunt.

CALICATIS, ante Confecerunt Paul Cf. supra, s. v. Calicata Aedificia (41, 8 calcepolita). Vera igitur vox videtur esse calicatis aedificiis.

CONSPONSOR. Cf. supra, s. v. Consposos (36, 18 antiqui dicebant fide mutua conligatos).

PONDO. Cf. Hartlieb, De nonnullis vocibus indeclinabilibus (Breslau, 1921).

COEPIAM. COEPERE. Cf. Nonius 89, 14 (coepiam, coepio, coepiat). Inf. praes. invenit ps. —Plac. in scriptore antiquo (Coepere : incipere).

CONTIONEM. Cf. infra, s. v. Contio (58,5). Catoni ascribit (ut lemma praecedens) Muel-ler.

CONTAGIONEM Vide Thes. Lat. Cf. infra, s. v. Obsidium (210, 5) ; s. v. Obsidionem (218,2 potius dicendum esse quam obsidium).

CLITELLAE. Quid sibi vult Gloss. Philox. CL41 Clitellae : *κλυτὸς* ?

COMPLURIENS. Alia exempla in Non. 87, 13, partim ex Gell. 5, 21, 15-17 sumpta.

CITERIA. Cf. infra, s. v. Manduci (115,20) ; s.v. Petreia (278, 34 vocabatur quae pom-pam praecedens in coloniis aut muniicipiis imitabatur anum ebriam, etc.).

CURIONEM Cf. Prescott (Class. Phil. 2, 335).

Coniector interpretis somniorum. <Plautus (Curc. 249) :

Quin coniectores a me consilium petunt.>

Comperce pro conpesce dixerunt antiqui, <Plautus (Bacch. 463) :

cave malo et comperce in illum dicere iniuste.>

Comparsit Terentius pro conpescuit posuit (Phorm. 44) :

<quod ille unciatim vix de demenso suo suum defrudans genium comparsit miser.>

Creduas credas. Plautus (Bacch. 476) :

Ipsus nec amat neo tu creduas.

[Ipsus pro ipse.]

Corius ab antiquis masculino genere dicebatur. Plautus (inc. fr. 18) : Iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est. Pari modo diverso genere dicebant haec

lupus, haec *metus*, haec *amnis*, hio *frons*. *Cullus* quoque masculine dixerunt ; est enim genus tormenti e corio.

Crumina sacculi genus. Plautus (inc. fr. 19) : Di bene vertant, tene cruminam, inerunt triginta minae.

Corinthienses ex eo dici coeperunt ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui ante Corinthii sunt dicti. Quam consuetudinem servamus etiam, cum Romanenses et Hispanenses et Sicilienses negotiatores dicimus qui in alienis civitatibus negotiantur.

Cavitionem dicebant quam modo dicimus cautionem.

Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit (Amph. 490) :

<et clandestina ut celetur consuetio.>

Corculum a corde dicebant antiqui sollertem et acutum. Plautus in *Casina* (837) : Ego sum liber, meum corculum, mel[li]-

CONIECTOR. Ea addidi quia Plautina series lemmatum est ; neque Amph. 1128 (Tiresiam coniectorem), Poen. 444 (Oedipo coniectore) laudavi quia in Curc. nominatim de somnio dicitur (246-247) :

potin coniecturam facere, si narrem tibi
haec nocte quod ego somniavi dormiens ?

Hinc Gloss. Philox. CO 396 Coniector : ὀνειροκρίτης.

COMPERCE. In hoc versu glossam compesce substituerunt codices, sed non in Poen. 350. CREDUAS. Cf. supra, s. v. Addues (25, 12).

CORIUS. Alia exempla profert Nonius (199, 13).

LUPUS. Cf. supra, ad Agnus (6, 8).

METUS. Cf. infra (110, 16), s. v., cum exemplo Enniano ; s. v. Masculino Genere (136, 16) ; s. v. Specus (462, 17). ; s. v. Recto Fronte (364, 5) Alia exempla profert Nonius (214, 7).

AMNIS. Cf. infra, s. v. Spicum (446, 11) ; s. v. Petronia Amnis (296, 26). Exempla concessit Nonius (191, 34).

FRONS. Cf. infra (80, 12) s. v. Frontem ; s. v. Malo Cruce ; s. v. Recto Fronte ; s. v. Specus (462, 18). Exempla concessit Nonius (204, 28).

CULLUS. i. e. corius deminutive.

CORINTHIENSES. Spectatne ad Plaut. Aul. 559 ?

Corinthiensem fontem Pirenem.

CAVITIONEM. Scripsit igitur Plautus cavitio est (non cautio est) in fine versuum iambicorum Bacch. 597, Poen. 445, Pseud. 170. Et vide ne hanc doctrinam ex glossa ad Amph. 67 (favitores) sumpserit Verrius.

CONSUETIONEM. Hinc Gloss. Abol. (CO 10) Consuetio : consuetudo. Hinc colligere licet, vix tamen oportet, lemma in Festo Consuetio fuisse, non Consuetionem.

CORCULUM. Cf. Cic. Tusc. 1, 18 : Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo.. et Nasica

culum, verculum. *Casinam* fabulam Plautus inscripsit ab ancillae nomine Casina quam amari a sene in [tro]duxit.

Conivola occulta.

Cogitativum adverbialiter pro cogitate.

Clientam pro cliente Plautus dixit (Mil. 789).

Comoedice figuratum a comoedo. Plautus (Mil. 213) : Fuge eus <cheme> adstetisti et dul<i>ce et comoedice.

Capulum et manubrium gladii vocatur (-amus ?) et id quo mortui efferuntur, utrumque a capiando dictum. Sane a capulo fit *capularis*. <Plautus (Mil. 627-628) :

itan tibiego videor oppi do Accherunticus, tam capularis ?>.

Celassis celaveris.

Custoditio est opera ad custodiendum quid sumpta.

Citior comparativum a cito. Plautus (inc. fr. 21) : Nullam ego rem citiorem apud homines esse quam famam reor.

Clunes masculine. Plautus (fr. 5) : Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero.

(Charisius) clunes feminino genere dixit Melissus... sed Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam NIS syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt. u panis cinis: crinis et similia, etc.

Coquitare pro coctitare, id est frequenter coquere, Plautus (dub. 1) posuit.

Canitudinem pro canitie. Plautus (inc. fr. 22) : Stultus est adversum aetatem et capitis canitudinem.

Conruspari conquirere. Plautus (inc. fr. 23) : Conruspare tua consilia in pectore.

Caeculant caecis proximi sunt oculorum acie obtusa. Plautus (inc. fr. 24) : Numnam mihi oculi caeculant ? estne hic noster Hermio ?

Cudere a caedendo dictum

ille prudens bis consul Corculum ; Plin. N. H. 7, 118 : Sapientiā, ob id Cati, Corculi apud Romanos cognominati.

CASINAM. Coniunge cum Amasso (26,3), si libet, et revoca ad Cas. 1001 :

si umquam posthac aut amasso Casinam aut ocepso modo.

CONIVOLA. Vide supra, ad Conivoli (36, 30).

CLIENTAM. Exemplum e Mil. Glor. (nam alibi quoque est) elegi quia sequitur lemma ex eadem fabula :

habeo eccillam meam clientam, meretricem adulescentulam.

CAPULUS. -lum Paul. (cf. ad 7, 17). Hinc Gloss. Abol. CA 8-9 Capulum : manubrium gladii, Capulum : ubi mortui efferuntur. Noli exemplum Plautinum (Asin. 892 capuli decus) idcirco postulare quia Nonius (4, 17) et hoc et illud (ex Mil. Glor.) proferat. Nam Nonius sua lectione fretus haec conguessit, non ex Verrio nec Festo mutuatus. Festus autem hoc loco vocabula ex Mil. Glor. sumpta exhibet.

CELASSIS. Plaut. Stich. 149 :

neque ego te celabo neque tu me celassis quod scias.

CUSTODITIO. Vocem esse Plautinam posse concedo ; revera vocem esse Plautinam minime affirmo. Festus enim a Custodela (44, 19) incepisse potest.

CLUNES. Charis. 101, 4K. = Plin. dub. serm. 63, 9 B. ||Plautus Agroico.. cl. desertos (leg. detertos ?) gero Nonius (196, 35), incertum unde mutuatus.

CANITUDINEM. Ex Varrone (Men. 5) profert Nonius (82, 17).

CONRUSPARI. Cf. infra, s. v. Ruspari (322, 11 est quaerere crebro).

CAECULTANT. Cf. supra, s. v. Caecultare (39, 11 est caecos imitari).

CUDERE. Vide infra ad Excudere (69, 20 procudere et incudis ipsa a caedendo dicta sunt). Idem docuit scholiasta (Donatus ?) Vergilii, unde Gloss. Abstr. (CU 34 Cudere : excludere, percutere, caedendo proferre, vel aliquid facere. KA 9 Cudere : caedendo proferre).

Concipilavisti dictum a Naevio (com. 132) pro corripuisti et involasti. <.. "conci-pilet", *corripiat*. >

Clava teli genus qua Hercules utebatur. *Calones* militum servi dicti quia ligneas clavas gerebant, quae Graeci $\kappa\acute{\alpha}\lambda\alpha$ vocant. Is quoque qui huiusmodi telo utitur *clavator* appellatur. *Consiptum* <*clavis*> apud Ennium pro consaeptum invenitur.

Curionis sacra quae in curiis fiebant.

Corpulentis Ennius (inc. 34) pro magnis dixit; nos corpulentum dicimus corporis obesi hominem.

Conciliatrix dicitur quae viris conciliat uxores et uxcribus viros.

Conventae condicio dicebatur cum primus sermo de nuptiis et earum condicione habebatur.

Conceptivae feria [*li*] *fe* festa dicebantur quae incertis diebus observabantur quotannis, ut Sementivae, Compitaliciae.

Caelibari hasta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris stetisset abiecti occisique, ut quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit; vel quia matronae *Iunonis Curitis* in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum *curis* dicitur; vel quod fortes viros genituras ominetur; vel quod nuptiali iure imperio viri subicitur nubens, quia *hasta* summa armorum et imperii est. Quam ob causam viri fortes ea donantur et captivi sub eadem veneunt, quos Graeci $\delta\omicron\upsilon\rho\alpha\lambda\acute{o}\tau\omicron\upsilon\varsigma$ et $\delta\omicron\upsilon\rho\kappa\acute{\eta}\tau\omicron\upsilon\varsigma$ vocant.

Cingillo nova nupta praecinge-batur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis,

CONCIPI LAVISTI. Addidi ex Gloss. Ansil. (= Abol.) CO 676. Potest igitur Plautus usurpavisse formam concipilet. Alienae a Festo, ni fallor, sunt glossae Abol. (CO 100 Conciplabo : concidam minutatim. CO 96 Conciplassent *vel* Capulassent : minutatim concidissent), quarum primam ad Plaut. Truc. 621 (offatim concipilabo) revocat Goetz.

CALONES etc. Hincine Gloss. Abol. CA 21 Calones : galearii militum? Vide supra ad *Caecula* (39, 29).

CLAVATOR. Vox Plautina (Rud. 804).

CONSIPTUM. Fem. nom. sing. est in anapaestico versu Ennii apud Nonium (183, 14), s. v. Venor circumvenior :

teneor consaepta, undique venor.

Sed alium versum lemma nostrum postulat quocum consēntit glossa quae infra est (56, 13) Consiptum Clavis (unde illud clavis supplevi). Hincine Isid. Etym. 18, 7, 7 : Clava, qualis fuit Hercules, dicta quod sit clavis ferreis invicem religata, et est cubito semis facta in longitudine?

CURIONIA. Alieno loco? Cf. supra, s. v. Curionium Aes (42, 30).

CONCILIATRIX. Hincine Gloss. Philox CO 232 Conciliatrix : $\pi\rho\omicron\zeta\epsilon\nu\eta\tau\rho\iota\alpha$?

CONVENTAE. Cf. Serv. Aen. 10, 722 : Pactae coniugis hic ordo est : conciliata primo, dein conventa, dein pacta, dein sponsa.

CONCEPTIVAE. Cf. infra, s. v. Feriae Statae (82, 2 appellabantur quod certo statu-torque die observarentur). Cf. Varr. (L. L. 6, 26) : Sun. praeterea feriae conceptivae quae non sunt annales, ut hae quae dicuntur sine proprio vocabulo aut cum perspicuo, ut Novendialis sunt. Patet Verrium conceptivas quasdam ferias memorasse quae ad matrimonium pertinerent, cum haec lemmata res matrimoniales tractent.

CAELIBARI HASTA. Cf. Arnob. Nat. 2, 67 : Nubentium crinem caelibari hasta mul-cetis?

CURITIS, CURIS, Cf. supra, s. vv. (43, 1-6).

HASTA. Cf. infra, s. v. Hastae (90, 21 Romani fortes viros saepe hasta donarunt).

CINGILLO. Hincine Gloss. Philox (CI 31) Cingillus (-um) : $\sigma\tau\rho\phi\omicron\iota\omicron\nu$, ζώνιον?

ut, sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus vinctusque esset. Hunc *Herculaneo nodo* vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis ut fuit *Hercules*, qui septuaginta liberos reliquit.

Camelis (*Ga-*) virginibus (*-nes* ?) supplicare nupturae solitae erant.

Cinxiae Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptiis quod initio coniugii solutio erat cinguli quo nova nupta erat cincta.

Cumerum vocabant antiqui vas quoddam quod opertum in nuptiis ferebant in quo erant nubentis utensilia ; quod et (quod qui fert ?) *camillum* dicebant eo quod sacrorum ministrum *κασμῖλον* appellabant.

Comptus, id est ornatus, a Graeco descendit, apud quos *κομεῖν* dicitur comere et *κόσμος* qui apud nos *comis* et *comae* dicun-

tur capilli cum aliqua cura compositi. [Corolla deminutivum est a corona.] *Corollam nova nupta* de floribus verbenis herbisque a se lectis sub amiculo ferebat.

Curiales flamines curiarum sacerdotes.

Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideo quia huius generis arbor excisa non renascitur, sicut ex mortuo nihil iam est sperandum ; quam et ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur. *Cyparissiae* appellantur acies quaedam igneae quae noctu apparere solent ad similitudinem cupressi.

Cominquare deputare.

Carnificis loco habebatur is qui se vulnerasset ut moreretur.

Capita deorum appellabantur fasciuli facti ex verbenis.

vir in lec.] Cf. Varr. Men. 187 : Novos maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingillum. Hercul. no]. Cf. Dragendorff (Rhein. Mus. 51, 289). Cf. infra, s. v. *Cinxiae Iunonis* (55, 21).

GAMELIIS. cf. Plut. Quaest. Rom. 2.

CINXIAE. *Cinctiae* Mart. Cap. (2, 149) *Iterducam* et *Domiducam*, *Unxiam*, *Cinctiam* mortales puellae debent in nuptias convocare ut. . et cingulum ponentes in thalamis non relinquant) || cinguli] Cf. supra, s. v. *Cingillo* (55, 13) || *Cinx. Iun.*] Cf. infra, s. v. *Fluoniam Iunonem* (82, 4) ; *Opigenam Iunonem* (220, 20).

CUMERUM. -ram codd. Cf. supra, s. v. (43, 25).

CAMILLUM. Cf. supra, s. v. *Camillus* (38, 8) proprie appellatur puer ingenuus) ; infra, s. v. *Flaminius Camillus* (82, 16). Varro nominatim dicit *camillum* esse non vas sed eum qui fert vas (L. L. 7, 34) : Itaque dicitur nuptiis *camillus* qui *cumerum* fert.

COMPTUS. Vide supra ad 35, 20 (*Comptum* Afranius pro ornatu et exultu posuit).

COMIS. Male intellexit vel Philoxenus vel scriba (CO 174) *Comis* : *κόσμος*.

COMAE. Hincine Isid. Etym. 10, 56 : *Comptus* a *coma* dictus quod sit capillis formosus vel quia comam nutrit ?

CURIALES FLAMINES. post *Cupressi* Paul. Cf. infra, s. v. *Palatialis Flamen* (284, 3) ; *Flammeo Vestimento Flaminica* (82, 6) ; *Maximae Dignationis Flamen* (114, 10). Et cf. Reitzenstein (Verrianiische Forschungen 45). Cf. Bickel (Rhein. Mus. 71, 548).

CUPRESSI. Hinc Serv. auct. Aen. 4, 507 (quae excisa renasci non solet). Sed ex scholio Vergilianio (per Gloss. Abstr.) Gloss. Ansil. CI 223 (quod in modum hominis exsecta non pullulat). Cf. Serv. Aen. 3, 64 (quia caesa numquam revirescit) ; Serv. auct. Aen. 3, 680 (quia succisae non renascuntur) ; Serv. Aen. 6, 216 (quod caesa non repullulat).

CYPARISSIAE. Cf. supra, s. v. (45, 1) ignes prodigiosi a similitudine cypressorum). Et vide infra ad *Fulgurium* (82, 8)

COMINQUERE. con- Paul (sed cf. 57, 11 *Comauditum*). Cf. infra, s. v. *Coinquere* (57, 23 *coercere*). Frequens est hoc verbum in Act. Arval. formulis 'luci coinquendi', 'luco coinquendo', etc.

Consiptum clavis praefixum.

Corniscarum divarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod <in> Iunonis tutela esse putabantur.

Caelestia auguria vocant cum fulminat <aut> tonat.

Caduca auspicia dicunt cum aliquid in templo excidit veluti virga e manu.

Clivia auspicia dicebant quae aliquid fieri prohibebant. Omnia enim difficilia *clivia* (-va ?) vocabant unde et *clivi* loca ardua.

Curiales mensae in quibus immolabatur Iunoni quae *Curis* appellata est.

Contrarium aes grave aes.

Centumviralia iudicia quae centumviri iudicabant.

Circumluvium ius praediorum.

Cumbam Sabini vocant eam quam militares lecticam. ; unde videtur derivatum esse *cubiculum*.

Condicere est dicendo denuntiare.

Commoetacula virgae quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant.

Casta mola genus sacrificii quod Vestales virgines faciebant.

Culigna vas vinarium a Graeco dicta, quam illi dicunt κόλικα.

CONSIPTUM. Alieno loco ? Cf. supra, s. v. (54, 22).

CAPITA DEORUM. Cf. infra, s. v. Struppi (472, 15 vocantur in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti qui pro deorum capitibus ponuntur).

CORNISCARUM. Cf. C. I. L. I² 975 (= VI 96. 30691) DEVAS CORNISCAS SACRUM (gen. sing., ut videtur). [loc.] lucus *docti*.

CAELESTIA AUGURIA. Cf. Thulin (Arch. lat. Lex. 14, 373). Coniunge haec et sequentia cum Pedestria Auspicia sqq. (287, 1-10) ; Respicere Avem (366, 17) ; Minora et Maiora Auspicia (148, 6).

CLIVIA diff. cliv.] cliva *ps.-Plac.* (Cliva : aspera, difficilia). Cf. Nonius 194, 29. Sed Gloss. Nom. (ex Philox.) Clive : difficile ; Plin. N. H. 10, 37 ; Cliviam avem... dicit Labeo (19) prohibitoriam.

CURIALES scil. cūr-. Coniunge cum Mensae (148, 11)..

CURIS. Cf. supra, s. v. Curis et Curitis (43, 1-6)

CONTRARIUM. i. e. ἀντίρροπον. grav.] Cf. infra, s. v. (87, 8) ; s. v. Pendere Poenas (229, 5 solvere significat, ab eo quod aere gravi cum uterentur Romani penso eo, non numerato debitum solvebant). Vide ne Paulus male intellexerit Festum dicentem hanc vocem "contrarium aes" ad prisca tempora redire cum aes grave in usu esset.

CENTUMVIRALIA. Plenius supra s. v. (47, 13).

CIRCUMLUVIUM. Isid. Etym. 14, 8, 42 (Circumluvium locus quem aqua circumluit ; adluvium consumptio riparum ex aquis) ex eodem schol. Verg. hausit atque Gloss. Abstr. (AL 37 ; AD 113).

CUMBAM. Vide supra, s. v. (44, 20).

CONDICERE. Cf. infra, s. v. Conductio (58, 3 in diem certum eius rei quae agitur denuntiatio) ; supra, s. v. Conductum (34, 21). Hincine Gloss. Philox. CO 310 Condico : συντάσσομαι μετά παραγγελίας, CO 312 Conductio : συνταγή?

COMMOETACULA. Cf. supra, s. v. (49, 16).

CULIGNA. Cf. supra, s. v. (44, 13 vas potorium). Hincine Gloss. Philox. CU 26 Culigna : σκευος οἴνου ? Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 546, 23) : Item erant vasa vinaria sini cymbia culignae paterae guti sextarii simpuvium. Cf. supra, s. v. Cymbium (44, 26 poculi genus) ; s. v. Cuturnium (44, 12 vas quo in sacrificiis vinum fundebatur) ; infra, s. v. Simpuvium (455, 14 vas parvulum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur)

Cincta flaminica veste velata.

Captus locus dicitur ad sacrificandum legitime constitutus.

Cervaria ovis dicitur quae pro cerva immolatur.

Capralia appellatur ager qui vulgo ad Caprae Paludes dici solet.

Canifera mulier appellatur quae fert *canuam* (κανοῦν), id est qualum, quod est cistae genus.

Contignum frustum carnis cum septem costis demptum.

Comauditum 'co-auditum', sicut coangustatum dicitur.

Censio aestimatio; unde *censores*.

Corda frumenta quae sero maturescunt, ut fenum cordum. <..*uvae cordae*..>

Consentia sacra quae ex consensu multorum sunt statuta.

Culina vocatur locus in quo epulae in funere conburuntur.

Calpar vinum novum quod ex dolio demitur sacrificii causa antequam gustetur. Iovi enim prius sua vina libabant, quae appellabant festa *Vinalia*.

Cicatricare cicatricem inducere.

Compescere lucum est lucum suis finibus cohibere.

Commugento (?) convocanto.

Capitarium aes quod capi potest.

Coinquere coercere.

CAPTUS. ad sacra] ad auspicandum Mueller.

CERVARIA. Iterat Paulus (vix Festus) quod supra dixit, s. v. (49, 17 quae pro cerva immolabatur).

CAPRALIA. cupruli codd. paludes] apud Caprae paludes Iord. Rom. 94; ad Caprae paludem Liv. 1, 16, 1.

CANIFERA. i. e. κανηφόρος. Vide supra, ad κανῆ (40, 5).

COMAUDITUM. Sicut] i. e. sine crasi vocalium.

CENSORES. Cf. supra, s. v. (51, 1 dicti quod rem suam quisque tanti aestimare solitus sit quantum illi censuerint).

CORDA. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) CO 2170 Cordum: serotinum; ideo uvae quae tarde nascuntur cordae appellantur? Tractabatne Verrius nomen proprium (cf. Quint. 1, 4, 25)? Immo hoc loco aliis rebus se occupare videtur. Cf. ps. -Plac. (Cordi agni: qui post tempus nati sunt); Varr. R. R. 2, 1, 19; Cato R. R. 5, 8.

CONSENTIA. an -tiva? Nam vox Di Consentes non a verbo consensio sed a verbo consum derivata est.

CULINA. Vide Thes. Lat.

CALPAR. Et nomen vini et nomen vasis. Cf. supra, s. v. (40, 27 genus vasis fictilis). Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 546, 28): Antequam nomen dolii prolatum, cum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum. Ex Festo Philox. (CA 72 Calpar: θυσίαι ἀπαρχῶν οἴνου, CA 74 Calpar: οἶνος ἐν θυσίᾳ.) et Ansil. (= Abol.) CA 511 Calpar: vinum antiqui ita dicebant. Cf. ps. -Plac. (Calpar: vinum quod primum libatur e dolio).

VINALIA. Cf. infra, s. v. (517, 1 diem festum habebant quo die novum vinum Iovi libabant).

CICATRICARE. Vox medicorum.

COMPESCERE. Cf. supra, s. v. (35, 10).

CAPITARUM AES. vix capt-. Cf. Plaut. Poen. 24 «aes pro capite dent». || quod pro capite est docti.

COINQUERE, scil. lucum. Cf. supra, s. v. Cominquere (56, 10 deputare).

Capitalis lucus ubi, siquid violatum est, caput violatoris expiatur.

Clo[e]are inquinare; unde et *cloacae* dictae.

Conrègione e regione.

? (Gloss.) *Conregionalis* ex una eademque regione.

Condictio in diem certum eius rei quae agitur denuntiatio.

Cubans auspicatur qui in lecto quaerit augurium.

Contio conventus, dicta quasi convocatio.

(Gell.) Contionem tria significare; locum suggestumque unde verba fierent; item significare coetum populi adstantis; item orationem ipsam quae ad populum diceretur.

Cogitatio dicta velut 'coagitatio', id est

longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi.

Clam a clavibus dictum quod his quae celare volumus claudimus.

Cella quod ea celentur quae esse volumus occulta.

Ciere nominare.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS

(Gloss. Abol. CA 12) *Caesit*: cecid<er>it.

(Gloss. Abol. CA 66) *Calabrum*: genus versuum malorum quasi colobon vel iocularium.

(Gloss. Abol. CA 54) *Caliendrum*: quo capillus mulieris convenit in ornamentum ad occipitium.

(Gloss. Abol. CA 63; 11) *Calvèris*: frustratus fueris. *Calvitur*: moratur.

CAPITALIS. Cf. supra, s. v. Capital (42, 3 facinus quod capitis poena luitur).

CLOARE inq.] immo purgare (cf. supra, s. v. Cloacae, 48, 10): an inquere (cf. supra, coinquere)?

CONREGIONE. Supplevi, sed dubitanter, ex. Gloss. Ansil. (= Abol.) CO 1360. Sane Pauli explanatio vix quadrat ad verba auguris in Varr. L. L. 7, 8: Inter ea conregione conspiciunt cortumione utique ea erectissime sensi. CONDUCTIO. Cf. supra, s. v. Condiere (56, 28 est dicendo denuntiare). Coniunge cum Proditio Diei (300, 34 productio nam quod prodit olim, producit in praesens valet).

CUBANS. Coniunge cum Silentio Surgere (474, 7).

CONTIO. Cf. supra, s. v. (34, 1); s. v. Contionem (52, 5 antiqui masculino genere posuere). Gell. 18, 7, 5: Misit paulo post Favorino librum quem promiserat — Verri opinor Flacci erat — in quo scripta ad hoc genus quaestionis pertinentia haec fuerunt, etc. Cf. supra, s. v. Conventus (36, 21).

COGITATIO. Cum praecedente lemmata coniunxit Verrius sicut Varro L. L. 6, 43: Cogitare a cogendo dictum: mens plura in unum cogit unde eligere possit; sic e lacte coacto caseus nominatus, sic ex hominibus contio dicta, sic coemptio, sic compitum nominatum; a cogitatione concilium — inde consilium — quod ut vestimentum, apud fullonem cum cogitur, conciliari dictum. Cf. supra, s. v. Concilium (33, 26); s. v. Caseus (41, 20).

CELLA. Hinc fortasse Isid. Etym. 15, 3, 9: Cella dicta quod nos occultat et celat. Cf. Varr. L. L. 5, 162: Ubi quid conditum esse volebant, a celando cellam appellarunt.

CIERE. Cf. infra, s. v. Prociatant (251, 22).

CALABRUM. Cf. Lindsay (Early Latin Verse, p. 294); Thes. Ling. lat. s. v.

CALVITUR. Cf. Gloss. Philox. (CA 64) Calvitur ἐξανατῆ, quod Goetz ad Plaut. Cas. 169 (sopor manus calvitur) revocat, quamquam alia huius fornacis exempla sunt, velut otum illud in XII Tab. (ap. Fest. infra, s. v. Struere): Si calvitur pedemve struit, manum

(Gloss. Abol. CA 14-15) *Capessas* : incipias, ut Cicero.. Capessere : incipere [vel adimplere.]

(Gloss. Abol. CA 64) *Caracutium* : vehiculum altissimarum rotarum capsique devexi quo solo in Campania per arenas silvae Gallinariae verebantur (vehe-? fere-?) antequam lapide sternerentur.

(Gloss. Abol. CA 68) *Cu<r>tribulum* : mensa quadrata quae in atriis ponitur.

(Gloss. Abol. CE 37-38) *Cernuat* : praecipitat se. *Cernuus* : in cervice praeeptus.

(Gloss. Abol. CE 39) *Cetra* : genus scuti Marsici (Mauri?) vel scutum sine ligno.

endo iacito. Nonius plura profert (6, 21 Calvitur dictum est frustratur; tractum a calvis mimiciis quod sint omnibus frustratui). Utrum a Festo hauserit Isidorus non liquet (Etym. 5, 26, 8) Calumnia est iurgium alienae litis; a calvendo, id est decipiendo, dicta; (Etym. 10, 42) Calumniator, falsi criminis accusator; a calvendo, id est frustrando et decipiendo, dictus. Sane Festus infra, s. u. Procalare (251, 26) illud calumniator ex Graeco καλεῖν derivat. Atqui Festum et Verrium uni etymologiae addictos esse quis affirmat? Sed ps. -Plac. (Calvitur : frustratur, decipit) potest fuisse fons Isidori. Aliam verbi formam exhibet Gloss. Ansil. (= Abol.?) CA 524 Calventes : frustra calumniantes (vel -tis -tis). Corrupta quoque glossa est in Ansil. (KA 42) Kalumnia : compilatio (cavillatio?) calamitasque; ideo kalumnia appellata est a kalvendo, id est a tribuendo. Nolo equidem usitatam conexiorem inter calumnia et calvi a Verrio prorsus abiudicare (cf. Charis. 58, 15 K. Calumnia prima syllaba correpta effertur; venit enim a verbo calvor, hoc est frustror). Vide supra, ad 39, 26 (Cavillatio est iocosa calumniatio).

CAPESSAS. Suspicio alterius glossae finem glossam esse Vergilianam (ad Aen. 1, 77).

CARACUTIUM. Hinc Isidorus, qui malam etymologiam ipse addit (Etym. 20, 12, 3 Caracutium vehiculum altissimarum rotarum; quasi carrum acutum. Capsus carruca undique contacta; quasi capsula).

CARTIBULUM. Cf. Varr. L. L. 5, 125: Altera vasaria mensa erat lapidea quadrata oblonga una columella; vocabatur cartibulum.

CERNUUS. Supra (s. v. 48, 8) alia vox, cernuus calceamenti genus, tractata est, quam mire Nonius (20, 29) a versu Lucilii (129) abiudicat:

cernuus extemplo plantas convestit honestas.

Sic enim dicit: Cernuus dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat; Lucilius Satyrarum lib. III cernuus extemplo, etc. Sed non minus mire Lachmann in alio Lucilii versu (703) a Nonio hic citato calceamenti, non petauristae genus agnoscit:

modo sursum, modo deorsum, tamquam collus cernui.

Sunt qui postulent variam formam pro varia significatione, cernuus, calceamentum, cernulus petaurista. Sed et hic et alibi (300, 28) Nonius citat Vergilium (Aen. 10, 894) sic:

eiectoque incumbit cernuus armo,

et Servius ad loc. duas formas testari videtur: Cernuus equus dicitur qui cadit in faciem, quasi in eam partem cadens qua cernimus; unde et pueri quos in ludis videmus ea parte qua cernunt stantes cernuli vocantur, ut etiam Varro in Ludis Theatralibus docet.

Varroni igitur imputanda est etymologia a verbo cernere. Melius etymon approbavit Verrius a cer-vice. Verbum cernuare adhibuit Varro in Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. l. c.): Etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrabant ibique cernuabant. Sed non audeo affirmare hunc locum Varronis a Verrio hic esse laudatum.

CETRA. Hinc, ni fallor, partim Isid. Etym. 18, 12, 5: Cetra, scutum loreum sine ligno quo utuntur Afri et Mauri; de quo poeta (Verg. Aen. 7, 732) "laevas cetra tegit" Sed

(Gloss. Philox. Cl 60) *Cibicida* : σακατοφ-
άχος (σιτο-?).

? (Gloss. Philox. CI 13) *Cicinnia* : θεὰ
κιναιδων.

? (Gloss. Philox. CI 7) *Circum* : ιέρακα.

? (Gloss. Philox. CL 21) *Clarigatio* : ἀρπαγή,
ἐνεχυριασμός. (Gloss. Abba) *Clarigatio* :
clara actio.

? (Gloss. Ansil CL 73) *Clarimum* : clarissi-
mum.

(Gloss. Philox. CL 29) *Claro* : μυσίνη
ιέρα.

(Gloss. Abol. CE 47) *Clept* : subripit.
(Gloss. Philox. CL 35) *Clepit* : κλέπτει.

(Gloss. Philox. CO 67) *Coleatus* : ὁ ἐνορχος
καὶ βιβάζων.

(Gloss. Philox. CO 64) *Collifana* : πρόβατα
ιέρα. (Gloss. Ansil. CO 231) *Collifana* :
boves opus facientes.

(Gloss. Abol. CO 112) *Coluber* : ab eo quod
colit umbras.

? (Gloss. Philox. CO 72) *Colustra* : περιεφθον

? (Gloss. Abol. CO 7) *Commulcat* : concu-
cat vel conturbat.

partim ex Servio ad loc. (qui non illud Mauri sed Hispani habet) : Cetra est scutum loreum
quo utuntur Afri et Hispani.

CIBICIDA. Nonius (88,8) laudat Lucilium (718) :

viginti an triginta domi vel centum cibicidas alas.

Cf. Marx ad loc.

CICINNIA. Glossa incertae formae (nam sunt qui Cinc -postulent) et incertae originis
(nam utrum Festo an satirico nescioci adscripta fuerit iure dubitabis).

CIRCUM. Si recte hanc vocem ad Plaut. Poen. 530 revoco, recte hanc glossam Festo
attribuo. Nam Varro (L. L. 7, 69) sic Plautinum versum citat :

vinceretur circum cursu vel gualtorem gradu,

quamquam codices Plauti habent non circum sed cervum, et ipse Festus infra (s. v. Gralla-
tores) sic citat :

vinceretur cursu cervas et grallatorem gradu.

Cur enim Plautus non adhibuerit Graecam vocem κίρκος, ' accipitris genus ' non intel-
lego. Sed res incerta, et eo incertior quia pergit gl. Philox., non de circo sed de ciri loqui
(unde pro Circum sunt qui Cirim legant) : ἔστι δὲ ὄρνειον μεταβληθείσης τῆς Σκύλλης τῆς
Νίσου Μεγαρέως.

CLARIMUM. In gloss. Ansil. siglo De Glossis notata, i. e. aut ex Gloss. Abol. aut Gloss.
Abstr. Corrupta forma (Clammum, Calmum, etc.) apparet in plurimis glossariis.

CLARO. Cf. Hesych. Κλάρων : ἀμπελόφυτον, καὶ ἐπίθετον Ἀπόλλωνος.

CLEPT. Cf. Gloss. Abba (Clepit : rapit) et alia glossaria. Nonius plurima exempla huius
verbi antiqui citat (20,7 Clepere est furari ; tractum a κλοπῇ verbo Graeco, etc.).

COLEATUS. Vox Atellanarum (v. g. Pompon. 40 ; 69).

COLLIFANA. Cf. Schulze (Eigennamen 556).

Noli hanc vocem ad ' colyphia ' revocare ; sed vide ne ' colyphia ' lateat in corrupta gl.
Philox. CA 35 Caldutera : ἀπὸ γλουτοῦ κρέας ὄν λίπει. Si latet, glossam aut Juvenalia-
nam (2, 53) aut Festinam agnosce.

COLUBER. Hinc Isid. Etym. 12, 4, 2 : Colubrum ab eo dictum quod colat umbras.

COLUSTRA. An ex Idiomatibus Charisii ? Vocabulum memorant Nonius (84, 7 Colustra
lac concretum in mammis, etc.), qui Lucilium et Laberium citat ; Servius (ad Ecl. 2, 23
lac mihi non aestate novum, non frigore deficit) : Lac novum, id est colustrum ; quod
neutri generis est, nam feminini esse penitus non potest. Ex Servio Isid. Etym. 20, 2, 33 :
Colostrum lac novum quod neutri generis est.

COMMULCAT. An est glossa Apuleiana ?

Gloss. Abol. CO 14) *Comtionalis senex* :
... "<comtionalis senex> emptu's ma-
nu missu's et tutor auctor factu's".

(Gloss. Philox. CO 320) *Conducibilis* :
εὐχρηστος.

(Gloss. Abol. CO 11-13) *Confarr<e>ata* :
consociata. *Confarr<e>atur* : conso-
ciatur. *Confarr<e>ati* : qui una co-
pula sunt alligati. (Gloss. Philox. CO
360) *Confarreatus* : συμβώσεως χάριν
ζευχθείς. ? (Gloss. Abol. CO 102) *Confurrea-
tis nuptiis* : multis modis nuptiae fiunt ;
usu, si anno verbi gratia cum viro, licet
sine legitimis sollemnitatibus, fieret ;
coemptione vel in manum conventionem,
cum in filiae locum, maritus in patris
venit, ut siquis prior fuerit defunctus,
locum hereditatis iustum alteri faciat ;

farre, cum per pontificem maximum et
Dilem flaminem per fruges et molam
salsam coniunguntur, ex quibus nuptiis
patrini et matrimi nascuntur.

? (Gloss. Abba) *Conierat* : simul cum ceteris
iurat. (Gloss. Abav. CO 171) *Conierat* :
coniurat.

? (Gloss. Abol. CO8) *Conrumant* : contio
ubi vo....

? (Gloss. Philox. CO 674) *Conticinium* :
ὁ μεταξὺ ἀλεκτροφωνίας χρόνος.

? (Gloss. Philox. CO 774) *Cordatus* : νο-
νεχής, φρόνιμος.

? (Gloss. Philox. CR 27) *Crepundia* : γνω-
ρίσματα <τὰ περιδέρμια> ἀρχαί<ως>.

? (Gloss. Philox. CU 59) *Cupidicenus* :
τρέχέδειπνος.

COMTIONALIS. Cf. Journ. Phil. 34, 281.

CONDUCTIBILIS. Vox Plautina (v. g. Epid. 256).

CONFARRATA. Orthographiam -rra- (non -rrea-) confirmant derivativa glossaria.
Quibus adde Gloss. AA *Confar<r>are* : sacra communicare (pro qua tamen Gloss. Amplon.
II Conferreatio : sacrorum communicatio).

CONFARREATIS NUPTIIS. Sane haec, fere ad verbum, conspirant cum Serv. auct.
ad Geo. 1, 31. Si Festina sunt, scholiasta (Donatus ?) Festum exscripsit. Festi lemma,
Diffarreatio, servavit Paulus (65, 17).

CONRUMANT. An *Conruma contio* : ubi vo... ? Tota res incerta. Cf. infra, s. v. *Rumi-
tant* (332, 6 significat rumigerantur); supra, s. v. *Adrumavit* (9,7 rumorem fecit sive
commurmuratus est).

CONTICINIUM. Qui grammaticus se ab hac voce tractanda abstinuit ? Sed haud scio
an ad Festum nostra glossa redeat. Cf. Varr. L. L. 7, 79 : Plautus in *Asinaria* (685) :

videbitur, factum volo, redito conticinno,

putem a conticiscendo concicinnum sive, ut Opillus scribit, ab eo cum conticuerunt homi-
nes ; L. L. 6, 7 ; Serv. auct. Aen. 3, 587 : Gallicinium quo galli cantant ; conticinium post
cantum gallorum silentium. Cum Varronis priore loco consentit Isid. Etym. 5, 31, 8 (Con-
ticinium est quando omnes silent ; conticescere enim silere est) et Isidorum haurire, ut
saepe, ex Festo veri simile est. Philoxenus ad Isidorum conciliat Macrob. 1, 3, 12 (Con-
ticium cum et galli conticescunt et homines etiam quiescunt). Plura reperies, in adnota-
tione Goetzii et Schoellii ad Varr. L. L. 6, 7.

CREPUNDIA. Valde incerta. Nam ex Charisio potest venire et γν. et (quod Cyrillus
habet) περ. Et illud ἀρχαί potest significare initia (cf. Gloss. Ansil. CR 130 *Crepundiis* :
initiiis). Quod si revera ἀρχαίως scriptum erat, tum sine dubio Festina glossa est. Ex scho-
lio Vergiliano provenit gl. Abstr. CE 42 (*Crepundia* : insignia vel indicia quae expositis
infantibus adhibentur) quam mucuatus est Gloss. Abba. Ex Philoxeno gl. Corp. EE etc.
(Cr. : monile gutturis).

CUPIDICENUS. Fontis deest certum indicium, sed a Festo glossa non abhorret. Eam

D

I. EX PAULO DIACONO.

Duco cum pro puto ponimus ex Graeco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ.

Duplionem antiqui dicebant quod nos duplum; venit autem a Graeco διπλοῦν. <Dupliones duplices, XII Tab.>

Duicensus dicebatur cum altero, id est cum filio, census <XII Tab.> *Duis* duas habet significationes, nam et pro δῖς ponebatur et pro dederis. *Duidens* hostia bidens. *Duellum* bellum, videlicet quod duabus partibus de victoria contententibus dimicatur. Inde et *perduellio* qui pertinaciter retinet bellum. <*Duellona* Bellona>.

ex Philoxeno mutuata sunt (sicut alias plurimas) Hermeneumata Montepessulana (quare corrige ea quae sunt in Thes. Ling. lat.).

DUPLIONEM. Ex Philoxeno colligo vocem dupliones (nom. plur.) in XII Tab. fuisse. Nam e disiectis et distractis Philox. glossis (DU 69 Duplices: διπλοι, DU 76 Dupliones: διπλοι, DU 77 Duplum: διπλουν, DU 78 Duodecim Tab.: δύο καὶ δέκα) huiusmodi pristina glossa elici videtur, Dupliones, duplices: διπλοι XII Tab. et Duplum: διπλουν. Cf. XII Tab. 12, 3, s. v. Vindiciae (518,5); 12,4.

DUICENSUS. Supplevi ex Philox. (DU 10) Duicensus XII Tab.: δεῦτερον ἀπογεγραμμένος.

DUIS. Philoxenus credo recte rettulit, sed miser ille qui extat codex habet (DI 311) Dis (corr. in Duis): δῖς. Unde fortasse colligendum illud dederis non fut. ind. esse sed perf. subiunct. Incertae originis est gl. Ansil., quae, si revera ex Abol., non Abstr. sumpta est, Festina fuisse videtur (DU 86) Duint: dent; Terentius (Andr. 666) "at tibi di dignum facis exivium duint".

DUELLUM. Duellona addidi ex Gloss. Philox. DU 39-40 Duellum: πόλεμος ἀρχαίως, Duellona: πολεμική.

PERDUELLIO. Cf. gl. Philox. incertae originis (PE 119) Perduelliones: οἱ κατὰ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων βουλευόμενοι ἢ κατὰ βασιλέων, et Perduellio ἀντάρτης (DE 554; DI 293), Duelliones: ἀντάρται, ἀκαθοσίωτοι τύραννοι καὶ τυραννίδες, Duelliones: πόλεμοι, ἀρπαγαί. Sed quid latet? Et quid latet in Gloss. Abol. DU 5 (Duellio: perditis?) A Festi verbis proxime abest Gloss. Amplon. II Duellio: rebellis; quia antiqui duellum bellum dicebant eo quod geratur a duabus partibus sibi contrariis. Sed nolo inde colligere Festum hic vocem Duellio immiscuisse, cum videatur gl. Amploniana conflata esse ex gl. Abstr. (DU 707^a Duellio: rebellis, Duellum: bellum) et ex vera forma gl. Abol. Ea gl. Abstr. ex Schol. Verg. provenisse videtur. Et cum Verrius saepe cum Varrone stet, Varronis verba adicio (L. L. 7, 49): Apud Ennium (trag. 385 R.) "quia inde invitis sumpserint perduellibus"; perduelles dicuntur hostes, ut perfecit, sic perduellum; et duellum, id postea bellum; ab eadem causa fac. a Duellona Bellona. Et Priscianus videtur Festi vestigia premere (II 497,7): Duellum antiqui dicebant pro bellum; ex quo perduellio. Noli igitur illud perduellio mutare, neu mirari Verrium prorsus aliter disputavisse supra, s. v. Bellum (30, 3 a beluis dicitur). Isidorum ex Festo hausisse neque affirmo neque nego (Etym. 18, 1, 9): Bellum antea duellum vocatum eo quod duae sint partes dimicantium, vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Necnon illud animadvertendum est Festum infra (s. v. Hostis) de perduellione iterum dixisse (91,7): Qui nunc hostis, perduellio. Denique ex Charisii verbis (211, 18 K. Perduellio perquam duellio et plus quam hostis) suspicor Varronem (L. L. 7, 49) sic potius scripsisse: Ut perfecit <plus quam fecit> sic perduellem. Illud perduellum tamen confirmat gl. Ansil. incertae originis et dubiae formae (DE 80 a) Perduellum: repugnantem Vides ex eis glossis Duellum, Duellio, Perduellio nonnullas oriri quaestiones, neque ipse pertinaciter repugnaverim si quis contendat Festum mentionem vocis Duelliones hic addidisse. Cf. infra, s. v. Hostis (91, 8 qui nunc hostis, perduellio).

Duonum (-us) bonum (-us).

Duplabis duplicabis.

Duodeviginti dicendi consuetudinem a Graecis traxisse videmur, qui sic enuntiant $\delta\upsilon\omicron\tau\acute{\iota}\nu \delta\epsilon\acute{\omicron}\nu\tau\omicron\iota\nu \epsilon\acute{\iota}\kappa\omicron\sigma\iota\nu$ et $\acute{\epsilon}\nu\delta\omicron\varsigma \delta\acute{\epsilon}\acute{\omicron}\nu\tau\omicron\varsigma \epsilon\acute{\iota}\kappa\omicron\sigma\iota\nu$.

Dumosa frondosa.

Dubat dubitat. <*Dubanus* dubius.>

Dubenus apud antiquos dicebatur qui nunc dominus.

Dusmo in loco apud Livium (Odys. 27) significat dumosum locum; antiqui enim interserebant S litteram et dicebant *cosmittere* pro committere et *Casmenae* pro Camenae. *Dumecta* antiqui, quasi 'dumiceta', appellabant quae nos dumeta. *Dumus* a Graeco venit $\delta\acute{\omicron}\mu\omicron\varsigma$.

Dracones dicti $\acute{\alpha}\nu\theta\acute{\iota}\nu \tau\omicron\upsilon \delta\acute{\epsilon}\rho\kappa\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$, quod

est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem; qua ex causa incubantes eos thesauris custodiae causa finxerunt antiqui. Ideoque Aesculapio attribuantur quod vigilantissimi generis putantur, quae res medicinae maxime necessaria est.

Dici mos erat Romanis in omnibus sacrificiis precibusque: *Populo Romano Quiritibusque*, quod est Curensibus quae civitas Sabinorum potentissima fuit.

Dalivum (?) supinum ait esse Aurelius, Aelius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum quem Graeci $\delta\epsilon\acute{\iota}\lambda\alpha\iota\omicron\nu$, id est propter cuius fatuitatem quis misereri debeat.

Daps apud antiquos dicebatur res divina quae fiebat aut hiberna sementi aut ver-

DUONUM. Cf. Gloss. Philox. (nimirum ex Festo) DU 62 Duonus: $\acute{\alpha}\gamma\alpha\theta\acute{\omicron}\varsigma$.

DUPLABIS. Hincine (per errorem) Gloss. Philox. DU 70 Duplavit: $\acute{\epsilon}\delta\acute{\iota}\pi\lambda\omega\sigma\epsilon\nu$?

DUODEVIGINTI. Cf. infra, s. v. Dextans (64, 23).

DUMOSA. Hinc Gloss. Philox. DU 87 Dumosa: $\theta\alpha\mu\nu\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$. Vide ne Festus haec posuerit infra, s. v. Dumecta (59,6) ut puta, id est dumosa lecca, frondosa'. Nam Gloss. Philox. etiam habet (DU 98) Dumosa loca: $\chi\epsilon\rho\sigma\acute{\omega}\delta\epsilon\iota\varsigma \tau\acute{\omicron}\pi\omicron\iota$, et (DU 88) Dumeta: $\lambda\omicron\chi\mu\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$ ἢ $\theta\alpha\mu\nu\acute{\omega}\delta\eta\varsigma \tau\acute{\omicron}\pi\omicron\varsigma$.

DUBENUS. Intercidit, ni fallor, similis (vix eadem) forma cum significatione 'dubius'. Nam Gloss. Philox. hanc confusionem exhibet (DU 6) Dubinus: $\delta\iota\sigma\sigma\acute{\omicron}\varsigma$ (DU 12) Dubius $\delta\epsilon\sigma\pi\acute{\omicron}\tau\eta\varsigma$. Et eam formam fuisse Dubānus colligo ex superiore Festi loco (Addubānum dubium, 20,4).

DUSMO IN LOCO. An dsmom locom? Nam ps. -Plac. potest eundem versum citare, Dsmum: incultum, dumosum vel squalidum. Et similem varietatem interpretationis in Festo fuisse colligo ex variis Philoxeni glossis supra memoratis ($\chi\epsilon\rho\sigma\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$ et $\theta\alpha\mu\nu\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$). Ad Hom. Odys. 19, 439 ($\acute{\epsilon}\nu \lambda\acute{\omicron}\chi\mu\eta \pi\upsilon\kappa\iota\nu\eta$) refert Morel.

CASMENAE. Cf. infra, s. v. Pesnīs 222, 25 ut Casmenas dicebant pro Camenis et cesnas pro cenis, et vide ea quae supra adnotavi, s. v. Camenae (38, 12).

DRACONES. Aescul. Cf. infra, s. v. In Insula Aesculapio (98,7 eiusdem esse tutelae draconem, quod vigilantissimum sit animal; quae res ad validitudinem tuendam aegroti maxime apta est).

QUIRITIBUS. Vide supra, s. v. Curis (43,1).

DALIVUM. An dalium? Cf. gl. corrupt. Philox. (DA 45) Daunum: $\acute{\alpha}\rho\rho\omicron\nu\alpha$, (DA 15) Davus: $\acute{\alpha}\rho\rho\omega\nu$, $\acute{\alpha}\pi\epsilon\iota\rho\omicron\varsigma$. Quae glossae idcirco non debent revocari ad Terent. Andr. 194 (Davus sum, non Œdipus) quia Terentianae in Philox. glossae nullae sunt nisi quae ex Festo sint haustae. Quis autem credit Verrium de illo ioco Terentii disputasse? Cf. Hesych $\delta\alpha\lambda\acute{\iota}\varsigma \mu\omega\rho\acute{\omicron}\varsigma$.

DAPS. Illud divitiae in Gloss. Abav. (= Abstr.) DA 8 (Dapes: escae vel divitiae) est

na; quod vocabulum ex Graeco deducitur, apud quos id genus epularum δαίς dicitur. Itaque et *daputice* se acceptos dicebant antiqui, significantes magnifice, et *dapatium* negotium amplum ac magnificentum.

Daedalam a varietate rerum artificiorumque dictam esse apud Lucretium (1,7) terram, apud Ennium (inc. 46) Minervam, apud Vergilium (Aen. 7, 282) Circeam, facile est intellegere cum Graeci δαδάλλειν significant variare.

Damium sacrificium quod fiebat in operto in honore Deae Bonae; dictum a contrarietate quod minime esset δαμόσιον, id est publicum. Dea quoque ipsa *Damia* et sacerdos eius *damiatrix* appellabatur.

Dacrimas (-rum-) pro lacrimas Livius saepe posuit, nimirum quod Graeci appellant δάκρυα. Item *dauntia*, quae lautia dicimus; et dantur legatis hospitii gratia.

Danunt dant. *Dasi* dari (-re?).

Danistae feneratores.

Dagnades (-acn-?) sunt avium genus quas Aegyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quae vellicando morsicandoque et canturiendo assidue non patiuntur dormire potantes.

Daunia Apulia appellatur a Dauno Illyricae gentis claro viro qui eam, propter domesticam seditionem excedens patria, occupavit.

Dorsum dictum quod pars ea corporis devexa sit deorsum.

Donum ex Graeco est, quod illi vocant δῶρον.

Donaticae coronae dictae quod [h]is victores in ludis donabantur. Quae postea magnificentiae causa institutae sunt

prava lectio pro deliciae, quod habet Gloss. Abba (= Abstr.) Dapes: epulae vel deliciae. Gl. Abstr. ex schol. Vergil. hausta est, non ex Festo.

DAPATICE. Nonius testatur dapsile (513, 24) ex Pomponio (161) „verrem sume dapsile et dilucide”. Cum tamen Dapsilis lemma Gloss. Abstr. sit, ex schol. Verg. haustum, non est cur Festinam appellemus gl. Corp. D9 Dapsile: copiose.

DAEDALAM. Hincine gl. Ansil. (= Abol.) DE 567 Daedala: artificiosa, ingeniosa? An est gl. Abstr. (ex. schol. Aen. 7, 282; ubi Serv. Daedala: ingeniosa)? Hincine Gloss. Ansil. DE 227 (Daedalus: Graecum est)?

DAMIUM. Philoxenus male intellexerat (vel legerat) ‘in aperto’ (DA 26) Damium: θυσίαι ὑπαίθριοι γινόμεναι. Arte cohaeret cum Festo ps. -Plac. (Damium: sacrificium quod in operto fit, quod Bonae Deae mulieres faciunt).

DACRUMAS. saepe] Livii igitur temporibus adhuc in poesi (epica saltem) increbrescebat haec forma. Etiam Ennii temporibus sepulchrali titulo idonea est habita. De dat. abl. narrat ps. -Plac (Dacrumis: lacrimis; ἀπὸ τοῦ δακρύειν), sed utrum apud Livium an apud Ennium (Var. 17 «nemo me dacrumis decorat») non liquet. Et est cur credamus Festum de eadem forma dixisse; nam habet Gloss. Ansil. (= Abol.) DR 13 Dacrumis: lacrimis, ἀπὸ τοῦ δακρύειν.

DANUNT. Hinc Philox. (DI 6; DA 44; 48) Danunt: διδάσκειν. Vide infra, ad Explemunt (70, 3).

DASI. Ex Carm. Saliar. (cf. Varr. L. L. 7, 26)?

DANISTAE. Hincine Gloss. Abba (= Abol) Danista: fenerator? Sed eandem gl. habet Abstr. (DA 6). Non igitur audeo Festo potius quam scholiastae Vergiliano attribuire glossas Ansil. (DA 100; 89) Danus (δάνος): fenus, id est lucrum, Graece, δανεῖσαι: fenerare Graece.

DAGNADĒS. An -ides (cf. Hesych. δακνίς: ὀρνέου εἶδος)? Unde Verrius haec sumpsit?

DAUNIA. Vida ne huc sint revocanda ea quae posui, s. v. Apulia, in parte ii A- capituli. Dauno] cf. Plin. N. H. 3, 103: Hinc Apulia Dauniorum cognomine a duce Diomedis socero.

super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cum Lares ornantur.

Dotem manifestum est ex Graeco esse, nam δίδοναι dicitur apud eos dare.

Doliola locus in Urbe sic vocatus quia invadentibus Gallis Senonibus Urbem sacra in eodem loco doliolis reposita fuerunt. Qua de causa in eodem loco ne despuere alicui licebat.

Doli vocabulum nunc tantum in malis utimur, apud antiquos autem etiam in bonis rebus utebatur. Unde adhuc dicimus *sine dolo malo*, nimirum quia solebat dici et bonus.

Dirus dei ira natus.

Derogare proprie est cum quid ex lege veteri quominus fiat sancitur lege nova. Derogare ergo detrahere est.

Diirectum dicebant per antiphrasin volentes significare malum diem. *Dirigere* apud Plautum invenitur pro discidere.

Derunciunt (?) depurgant.

Dirutum aere militem dicebant antiqui cui stipendium ignominiae causa non erat datum, quod aes diruebatur in fiscum, non in militis sacculum.

Delicata dicebant dis consecrata, quae nunc dedicata ; unde adhuc manet delicatus

DOTEM. Cf. Varr. L. L. 5, 175 : Dos, si nuptiarum causa data ; haec Graece δωτήνη ; ita enim hoc Siculi ; ab eodem donum ; nam Graece Hesiodion (Op. et D. 356) δῶς, et ut alii δόμα, et ut Attici δόσιν.

DOLIOLA. Cf. ps- Plac. Doliola : locus depressus prope Cloacam Maximam ubi appropinquantibus Gallis sacra quaedam Romani loco occulto defoderunt. Paulo aliter Varr. L. L. 5, 157 : Locus qui vocatur Doliola ad Cluacam Maximam, ubi non licet despuere, a doliolis sub terra. Eorum duae traditae historiae, etc.

DOLI. Vocabulum . . . utimur . . . utebatur. Potuit Paulus ita scribere, non Festus. || apud ant.] cf. Donat. Eun. 515 (dolo malo) : Quod autem addidit ' malo ' aut ἀρχαϊσμός est, quia sic in XII tab. a veteribus scriptum est, aut etc.

DIRUS. Hincine Gloss. Philox. (DI 141) Dirus : θεοχόλωτος δεινός (cf. DI 132 Dirae : κατάραι, ὀργαί, θεοχολωσάι) ? Vulgata etymologia est (e. g. Serv. auct. Aen. 4, 453 Dira enim deorum ira est, quae duplici modo colligitur, aut ex signis, etc.).

DEROGARE. Cf. infra, s. vv. Exrogare (72, 2 ex lege veteri aliquid eximere per novam legem) ; Obrogare (203, 3 legis prioris infirmandae causa legem aliam ferre). Et vide supra, s. v. Abrogare (11, 24 infirmare).

DIIRECTUM. Scil. in locutionibus ' apage in diirectum ', etc.

DIRIGERE. Coniunxi cum praecedente lemmate, quasi aliam interpretationem obtulisset Verrius, ut puta ' alii tamen volunt dici directum, nam Plautus ' etc. De Plauto suspicor Verrius pravam lectionem (dirigit pro diligit) in Curc. 424 praesto fuisse, ubi nostri codices dissicit exhibent sed Nonius testatur diligit. Nonio enim fides danda (290, 6) : Dili-git dividit. Plautus in Cureulione :

clipeatus elephantum ubi machaera diligit,
qui etiam versum Titinii citat (84 pernam totam diligit).

DERUNCIUNT. Apud Plautum est deruncinare :

(Capt. 641) tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser.

(Mil. 1142) ut lepide deruncinavit militem !

Et eruncare, vox rei rusticae, est (cum aberuncare) in Gloss. Abstr. (ER 19 Eruncare radicibus eruere), unde in plurima glossaria emanavit.

DIRUTUM AERE. Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 532, 5) : Stipendium appellabatur quod aes militi semenstre aut annuum dabatur ; cui datum non esset propter ignominiam, aere dirutus.

DELICATA. Cf. infra, s. v. Delicare (64, 14 ponebant pro dedicare). Cf. ps.-Plac. Deli-

quasi lusui dicatus. *Dedicare* autem proprie est dicendo deferre.

Depuvere (-ire ?) caedere. Lucilius (1245) « palmisque misellam depuviit me », id est verberavit me ; quod ipsum ex Graeco est ἀπό τοῦ παλῆν.

Dedita <opera> intellegitur valde data.

Deperire significat valde perire.

Δέρπεις Graeci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus *segestria*.

Demum, quod significat post, apud Livium (dub. 44) *demus* legitur. Alii *demum* pro *dumtaxat* posuerunt.

Denicales feriae (-nec- ?) colebantur cum hominis mortui causa familia purga-

batur ; Graeci enim νέκυν mortuum dicunt.

Deminutus capite appellatur qui civitate mutatus est ; et ex alia familia in aliam adoptatus ; et qui liber alteri mancipio datus est ; et qui in hostium potestatem venit ; et cui aqua ignique interdictum est.

Dividicula antiqui dicebant quae nunc sunt *castella*, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

Defrui dicebant antiqui et *deamare*, *deperire*, significantes omnem fructum percipere.

Dividiam (-dia ? -da ?) discordiam (-ia ?)

care : deferre ; quod et dedicare dicebant propter commercium litterarum <D et L>. Videor videre in ps. -Plac et in Festo doctrinam ex quaestione in duo vocabula antiqua ortam, (i) delicatus (v. g. Plaut. Mil. 984) (ii) delica ' explana ' (cf. Non. 98 ; 277).

DEPUVIRE. Cf. infra, s. v. Obpuvial (207, 13 verberet). Versum Naevianum (com. 134) quem ex Osborni glossario sumpsit Mai (Auct. Class. 8, 175) ficticium esse credo et ex hac Pauli glossa confictum.

DEDITA Supplevi ex gl. Abol., ut vid., in Gloss. Abba, Gloss. Corp. (D 35) etc. servata (*Dedita opera* : valde data). Sed dubitanter, cum sit etiam gl. Abstr., non multum dissimilis (DE 94 *Dedita opera* : mala data), unde confusio potuit oriri.

DEPERIRE. Gl. ps. -Plac. (Deperis : perditae amas) aliena est. Cf. potius infra, s. v. Devitare (62, 17 valde vitare), Despretus (63, 27 valde spretus,) etc.

SEGESTRUM. Hinc gl. Cyrill. (=Philox.) *Segestrum* : διφθέρα πλοίου. In Gloss. Philox., quale extat, corrupta gl. est (SE 50 *Segestrum* ῥστέγαστρον τεραδερμον) in qua docti illud δέρπεις dispexerunt. Cum lemma *Depuvire* Lucilianum sit, in prono est ut credamus Verrium adiecisse <Lucilius (515) :

paenula, si quaeris, cantherius servus segestre
utilior mihi quam sapiens>

et, quoniam de Graecis etymis hic tractatur, < Graeci στέγαστρα vocant>.

DEMUM. Alii etc.] a Festo addita ? Si hic quoque Graecum etymon memoratum est, id servavit gl. Cyrill. (= Philox.) *Demum* : δῆτα. Hucine pertinet Gloss. Philox. DE 297 *Demus* : ποτέ, πρότερον ?

DENICALES. Cf. infra, s. v. Privatae Ferae (282, 15 velut.. denecales). Et vide infra ad Ferae Statae (82,2).

DEMINUTUS CAPIT. Hincine an aliunde gl. Philox. CA 115 *Capitis deminutio* : κεφαλήs ἐλάττωσις ?

DEFRUI. Vide ne de vocabulo quod est defrutum disputaverit Verrius.

DEAMARE. Cf. Serv. auct. Aen. 8, 428 (deicit) : De- pro valde accipiunt, sicut dicimus deamo pro valde amo.

DEPERIRE. Cf. supra, s. v. *Dedita Opera* (61, 17 *Deperire* valde perire).

DIVIDIAM. Cf. Gloss. Philox. DI 305 *Divid*<i>a : διχόνοια. Animadvertendum est

Deversus dicebant deorsum versus.

Deinceps qui deinde coepit, ut *princeps* qui primum coepit.

Deus dictus quod si nihil desit ; vel quia omnia commoda hominibus dat ; sive a Graeco θεός quod significat metum, eo quod hominibus metus sit. Sed magis constat id vocabulum ex Graeco esse dictum, aspiratione dempta qui mos antiquis nostris frequens erat.

Dium antiqui ex Graeco appellabant, ut a deo ortum et diurnum sub caelo lumen, ἀπὸ τοῦ Διός. Unde adhuc *sub diu* fieri dicimus quod non sit sub tecto, et *interdiu* cui contrarium est noctu.

Devitare valde vitare. *Demagis* pro nimis dicebant antiqui.

Denariae caerimoniae dicebantur et *tricenariae* quibus sacra adituris decem continuis diebus vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat.

Decrepitus est desperatus *crepera* iam vita, ut *crepusculum* extremum diei tempus. Sive *decrepitus* dictus quia propter senectutem nec movere se nec ullum facere potest *crepitum*.

(Gloss) *Decrepiti* qui iam dubii vitae mortisque sunt ; unde res dubiae *creperae* vocantur ; unde et <de>*crepiti* quorum funera *crepitu* et clangore familiae iam conclamantur.

etiam codices Nonii -da (non -dia) exhibere (101, 19) : *Dividae*, ut dissensiones, Accius *Phoenissis* (587) :

ne horum *dividae* et discordiae

dissipent [et] disturbent tantas et tam opimas civium Di[vi]tias.

Cf. Varr. L. L. 7, 60 : In Mercatore (619) « non tibi istuc magis *dividia* est quam mihi hodie fuit », *dividia* a dividendo dicta quod divisio distractio est doloris. Vide ne duo sint vocabula, *divida*, i. e. discordia, et *dividia*, i. e. dolor.

DEVERSUS. vix devexus. Vix huc pertinet Gloss. Abol. (DE 14) Deorsum : de susum iosum.

DEINCEPS. coop. -vel cep- codd. An quem d. cepit ut pr. quem p. cepit ? Cf. infra, s. v. Deincepsem (65, 27 proxime quemque captum, ut principem primum captum). Cf. infra, s. v. 'Inceps' (95, 10 deinceps).

DEUS. Tetigit, ni fallor, Verrius quaestionem illam utrum deus et divus diversam significationem haberent. Lege igitur cum hoc et sequente lemmate scholium Servii ad Aen. 12, 139 (*diva deam*). Et vide Thes. Lat., s. v. Deus.

DIUM. Cf. infra, s. v. Dies (65, 10) ; s. v. Dium (65, 20).

DEVITARE. Cf. supra, s. v. Dedita Opera (61, 17).

DEMAGIS. ni.] minus codd. Expectes Dem. valde magis (ut Non. 98, 16). Sed illud nimis confirmat Gloss. Philox. DE 271 Demagis : σφοδρῶς (unde, sed ex prava lectione — ρος, Gloss. Amplon. II. Demagis : vehemens).

DENICARIAE CAERIMONIAE. carend.] Vide supra ad Caerimoniarum (38, 19).

TRICENARIAE. Cf. infra, s. v. Purimenstrio (298, 14).

DECREPITUS. crepitum] i. e. sonum, vocem (nam ridicule in errore est. Thes. Lat. IV 1170, 80), ut Plac. (s. v.) qui crepare desierint, id est loqui cessaverint. Ex Gloss. Abol. (DE 27) testimonio (quocum consentit Donat. ad Eun. 231 : *Decrepiti* dicti sunt quorum crepitu et plangore familiae funera iam conclamata fuerint) intelleges Festum multo fusius quam Paulum rem tractasse.

CREPERA, CREPUSCULUM. Cf. Varr. L. L. 6, 5 : *Crepusculum* a crepero .. significat dubium ; ab eo res dictae dubiae *creperae*, quod *crepusculum* dies etiam nunc sit an iam nox multis dubium ; 7, 77 : Apud Plautum in Parasito Pigno « inde hic bene potus pri-

Decimanus appellatur limes qui fit ab ortu solis ad occasum ; alter ex transverso currens appellatur *cardo*. *Decumana ova* dicuntur et *decumani fluctus* quia sunt magna ; nam et ovum decimum maius nascitur et fluctus decimus fieri maximus dicitur.

Deprensa dicitur genus militaris animadversionis *castigatione* maior, *ignominia* minor.

Decima quaeque veteres dis suis offerebant.

Decuriones appellantur qui denis equitibus praesunt.

Depolitum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui *politiones* appellabant.

Degunere degustare.

[*Decures* decuriones.]

Depubem porcum lactantem qui prohibitus sit pubes fieri.

Decotes (-cut- ?) *togae* detritae.

Dictynna Diana, quae est Luna, dicta quod fulgore suo noctu omnia <δεικνύει> [ostendit].

Deblaterare est stulte loqui ; nam Graeci βλάκας stultos appellant.

mulo crepusculo » ; crepusculum ab Sabinis, et id dubium tempus noctis an diei sit..ideo dubiae res creperae dictae.

DECIMANUS. Notissimus est Lucilii versus (1240) :

acupensere cum decumano ;

et inde potest provenire gl. ps. -Plac. Decumano : maximo ; a fluctu decimo. Sed me iudice in errore sunt qui credunt ps. -Placidum Festo esse usum, neque video cur Festus hic Lucilium laudavisse putetur. Audi tamen alteram partem, nam habent Commenta ad Lucan. 5, 672 (decimus fluctus) : Decimus ergo magnus, ut Lucilius " decimanis fluctibus ". Et Marx (ad Lucil. 1152 ; 1240) affirmat vocem castrensem esse et Lucilianam. Decumana scuta memorat Festus supra, s. v. Albesia (4, 12 haec eadem decumana vocabantur quod essent amplissima ut decumani fluctus), ubi lemmatum series magis videtur Enniana esse quam Luciliana. Cum igitur res incerta sit, equidem nihil muto ; neque audeo hic lemmata reordinare, quamvis melior ordo sit : Decimanus (cum Decumana), Decima, Decuriones (cum Decures), Deprensa, etc.

DECURIONES. Priore lingua decurioni (cf. supra, s. v. Centurionus, 43, 10). Cf. infra, s. v. Decures ; s. v. Turmam (484, 12).

DEPOLITUM. POLITIONES. Hincine Gloss. Affatim. (= Abol.) Polita : ornata ? Sunt voces rei rusticae. Cf. Non. 66, 18 : Politiones agrorum cultus diligentes . . Varro (Men. 589) " quid mirum ? ex agri depolitionibus eiciuntur, hic in cenaculo polito recipiuntur ". Cf. infra, s. v. Polimenta (266, 20 a politione segetum).

DEGUNERE. Hinc Gloss. Philox. DE 209-210 Degunere, degustare : ἀπογεύσασθαι καὶ συγνώσαι (?)

DECURES. Eadem gl. recurrit infra (66, 8), ubi vide ea quae adnotavi.

DEPUBEM. Ex eodem fonte atque inferior glossa (63, 29) Dissulcus (q. v.).

DECUTES. Similis formatio in Gloss. Philox. est (DE 80) Decubis : μνήστηρ ἀπόκοιτος Anne Festina ? Et hinc sumpta ? Vix cf. infra, s. v. Detudes (64, 20).

DICTYNNA. An Graece scribend. ? Refinxerat glossam Paulus dum scribit Diet. Di. quam esse lunam putabant, etc. Si ex Festina glossa Glossarii Abol. provenit gl. Amplon. II (Dictynna : Diana Trivia), scripsisse Festus potest : Luna <et Trivia>. Etiamne aliud etymon, scil. δίκτυον, memoravit Festus ?

DEBLATERARE. Cf. supra, s. v. Blaterare (30, 27 stulte et praecipide loqui ; quod a Graeco βλάξ originem ducit). Nonius (96, 10) profert Lucilii versum (106) :

deblaterant ; blennus bonus rusticus concinit una.

Dicearchia vocabatur quae nunc Puteoli quod ea civitas quondam iustissime regeretur.

Δῖμοι apud Atticos sunt ut apud nos *pagi*.

Dice pro *dicam* antiqui posuere.

Decermina dicuntur quae decerpuntur purgandi causa.

Disertiones (diss- ?) divisiones patrimoniorum inter consortes.

Dispensatores dicti quia aes pensantes expendeabant, non adnumerabant. Hinc deducuntur *expensa*, sive *dispensata* vel *com-*

pensata ; item *compendium*, *dispendium*, *assipondium*, *dupondium*.

(Schol. Isid.) *Expensa* ab aere appenso appellata. *Compendium* a pendendo dictum ; *dispendium* damnum ; *impensam* sumptum ; *usuram* *impendium* ; *servos* qui aes dispendebant *dispensatores* veteres dixerunt. Postea factum est ut numeraretur pecunia, non expenderetur, et tamen nomen pristinum mansit.

Disperscere est proprie pecus a pastione deducere, ut *compescere* una pascere et in uno loco continere.

Despretus valde *spretus*.

DICEARCHIA. Cf. infra, s. v. Minorem Delum (109, 20), ubi Lucilii versus profertur (123) :

inde Dic [i] architum populos Delumque minorem (vel ind' Dicearchitum)

Quamvis in discrimine inter E et AE medii aevi codices parum valeant, eorum formam in hoc lemmate obtinui, cum Dicēarchia aequo iure dicenda esset atque platēa. iust. reg.] Suspicio oritur ne Paulus proprium nomen quod est Dicearchus male intellexerit.

DICE ant.] nempe Cato. Itidem ps. -Plac. (Dice : dicam). Cf. supra, s. u. Attinge (pro attingam posuere) ; infra, s. v. Ostende (ostendam, ut permultis aliis exemplis eius generis manifestum est) ; Recipie (364, 9 apud Catonem pro recipiam, ut alia eiusmodi complura). Secundum hodiernos philologos dicē Fut. Ind., unde dicēs, etc. Ex Catone exempla huius antiquae formae proferunt grammatici. Cf. Quint. 1, 7, 23 ; 9, 4, 39.

DECERMINA. Adnotationibus quam textu dignior est gl. corrupta (hinc hausta ?) Abol. (DE 120) Deterimi (Decermina ?) sunt proprie stercore (?) ex frumento quae excerpuntur (-cerp- ?). Scripsitne Festus decerp. <ex frumento> ?

DISERTIONES. Haec melius starent infra (cum Disertus, etc.), nisi quidem Verrius aliud etymon priori lemmati addidit : Decermina vel Disc. quae discernuntur, sicuti Disertiones quia disseruntur, etc. Festina glossa, ni fallor, hinc sumpta est in Gloss. AA (= Abol.) Dissertiones : separationes.

DISPENSATORES. Hinc nimirum Gloss. Philox. DI 186 Dispendium : ζῆμα. Cf. infra, s. v. Pendere Poenas (229, 5). Cf. Varr. L. L. 5, 183 : Ab eodem aere pendendo dispensator, et in tabulis scribimus expensum, et prima pensio et sic secunda aut quae alia ; et dispendium ideo quod in dispendendo solet minus fieri ; compendium quod cum compenditur una fit ; a quo usura, quod in sorte accedebat, impendium appellatum. Ex Festo nimirum Isidorus (Etym. 10, 67) Dispensator, quia prius qui dabant pecuniam non numerabant eam, sed adpendebant ; (16, 25, 3) Pondus dictum eo quod in statora libratum pendeat ; hinc et pensum ; abusive autem pondus libra una est, unde etiam dipondius dictum est, quasi duo pondera ; quod nomen adhuc in usu retinetur. Multo igitur fusius rem tractavit Festus quam Paulus, et scholiasta Isidori bene de nobis est meritis. Num addenda gl. Abol. (glossae Festinae vicina Decermina) DE 119 Dependere : pro alio solvere ?

COMPESCERE. Cf. supra, s. v. (35, 10 est velut in eodem pascuo continere).

DESPRETUS. Cf. supra, s. v. Dedita Opera (61, 17).

Desivare (-sina- ?) *desinere* (*deserere* ?).

Dissulcus (*disulcis* ?) *porcus* dicitur cum in cervice saetas dividit.

Disertus a disserendo dictus.

Dignorant signa inponunt, ut fieri solet in pecoribus.

Disertim pro diserte dixerunt antiqui.

Distisum et *pertisum* dicebant quod nunc distaesum et pertaesum.

Delubrum dicebant fustem delibratum, hoc

est decorticatum, quem venerabantur pro deo <Graece ξόανον>.

Delicia est tignum quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigatum collocatur; unde *tectum deliciatum* et *tegulae deliciares*.

Degere antiqui posuerunt pro expectare (?)

Deteriae porcae, id est macilentae.

Delibare aquam sulco derivare.

Delicare ponebant pro dedicare.

DESIVARE. Cf. Gloss. Philox. (DE 437) *Desinator* : ἀροήθητος, (DI 2) *Diesuatur* : βοηθεῖται. Quid latet ? Expectes Deiuvare : desinere iuvare.

DISSULCUS. Hino gl. Philox. DI 281 *Disulcis* : χοῖρος διχαίτης, διαύλαξ. Alia appellatio erat bisaetus; cf. supra, s. v. *Bisaeta* (30, 20 porca dicitur cuius a cervice saetae bifariam dividuntur cum iam esse incipit maior sex mensium). Ex schol. Vergil. (Geo. 3, 439 ?) alia forma et interpretatio in Gloss. Abscr. (BI 18 ; 2) *Bisulces* porcos : fissis ungulis, *Bisulcum* : utraque parte sulcatum, divisum ungula.

DISERTUS. Cf. supra, s. v. *Disertiones* (63, 20). *Hincine* Isid. Etym. 10, 65 : *Disertus* doctus, a disserendo dictus; disposite enim disserit ? Cf. Varr. L. L. 6, 64.

DIGNORANT. Hinc Gloss. Philox. DI 72 ; 63 *Dignorat* : διαγιγνώσκει, ἀναπτύσσει.

DISERTIM. Cf. Gloss. ps. -Plac. *Disertim* : disposite, digeste.

PERTISUM. Cf. infra, s. v. (238, 31), et s. v. *Redarguisse* (334, 28 per E litteram *Scipio Africanus Pauli filius* dicitur enuntiasse, ut idem etiam *pertisum*; cuius meminit *Lucilius*, etc.).

DELUBRUM. *delibr]*. Cf. Gloss. Cyrill. (= Philox.) *Delibro* : διαλεπίζω δένδρον. *Plenius* Serv. auct. Aen. 2, 225 (... *Masurius Sabinus* : *Delubrum* effigies, a *delibratione* corticis : nam antiqui *felicium arborum ramos cortice detracto* in effigies deorum formabant, unde *Graeci ξόανον* dicunt, etc.); 4, 56. Quae aliae interpretationes in iis scholiis memorantur utrum hic a *Festo* memoratae sint non liquet (v. g. Varr. Rer. Div. VIII : Ut in quo figunt candelam candelabrum appellant, sic in quo deum ponunt delubrum dicunt.). Cf. supra, s. v. *Candelabrum* (40, 14). Festinam esse glossam Philox. patet, unde illud Gr. ξο. supplevi, (DE 247) *Delubrum* : καθύδρυμα, ξόανον, ἀνάθημα. Sed gl. *Abba* (= *Abol.* ? = *Abstr.* ?) ex *Festo* neque ex schol. Verg. provenisse nullo modo patet (*Delubra* : templa, ideo quia in ingressu lacus aquae fiebant ubi se sacerdotes sacrificaturi purificabant; et a diluendo, id est lavando, *delubra* dicta sunt). Hanc gl. *Abba* glossario *Abstrusa* (DE 2) adjudicat Thomson.

DELICIA, *deliquia* Vitruv. 6, 3, 2. Cf. infra, s. v. *Inlicivum* (101, 13.. unde et *colliciae tegulae* per quas aqua in vas defluere potest). Cf. Cato R. R. 14 *colliciaires tegulae*.

DEGERE. i. e. quasi de- agere, quam quidem formam roperio in Plaut. Epid. 65 :
deagetur corium de tergo meo,

ubi codd. detegetur (Cf. Non. 278). Siout igitur *detonare* significat *desinere a tonando*, sic *degere* *desinere ab agendo*, i. e. *expectare*, *residere*. Idne voluit Festus ? Quid voluerit vix liquet. Contra stat *Deactio* (65, 15 *peractio*).

DELIBARE. Ex gl. *Abol.* DE 20 (quae potest *Apuleiana* esse, non *Festina*) (*Delibare* : *diminuere*) et gl. Philox. (DE 26 *Delibavit* : ἐμειώσεν) non audeo supplere <minuere>.

DELICARE. Immo *deliquare* ? Vide supra, s. v. *Delicata* (61, 11).

Deliquium solis <vel lunae> a delinquendo dictum, quod delinquat in cursu suo <Graeci eclipsin vocant>. *Delinquere* est praetermittere quod non oportet praeteriri; hinc *deliquia* et delicta. *Deliquum* (-cum) apud Plautum (Cas. 207): <quando tibi nil domi deliquom est>, significat minus.

Detudes [esse] detunsos (-si), deminutos (-ti).

Delaniare est discindere et quasi lanam trahere; unde *lacinia* et *lanius* dicitur qui pecus discindit.

Delapidata lapide strata.

Dextans dicitur quia assi deest sextans, quemadmodum *duodeviginti* et *deunx*.

Deluit (dil- ?) solvit, a Graeco διαλύειν.

Dilectus militum et is qui significatur amatus a legendo dicti sunt.

Deliberare a libella qua quid perpenditur dictum.

Detrectare est male tractare.

Dextimum et *sinistimum* antiqui dixerunt.

Dextera auspicia prospera. *Dextrarum tibiarum* genus est quae dextra tenentur

DELIQUIUM. Hinc Gloss. Philox. DE 245 Deliquium solis: ἐκλειψις ἡλίου. Et fortasse DE 255 Delinquere: ἀμαρτάνειν. Supplevi ex Gloss. Abol. (DE 25) Deliquium lunae: quod Graeci eclipsin vocant. Similia do et Serv. auct. Aen. 4, 390.

DETUDES. Hinc Gloss. Philox. DE 542 Detudes: μιανθέντες (μειωθ-?)

DELANIARE. Hincine Gloss. Abav. (= Abol.) DE 65 Delanio: delacero? Immo ex Festina gl. Cyrill. (= Philox.) Delanio, delacero: διασπαράσσω. Eadem doctrina, sed plenior, infra est, s. v. Lacerare (105, 4... lanius, qui discindendo lacerat pecora; lacinia quod pars vestimenti est, etc.). Vocem lanista addit Donatus (Eun. 257): Lanii qui laniant pecora, unde et lanistae dicti qui laniandis praesunt gladiatoribus. Sed utrum Donatus haec ex Festo hauserit nullum est indicium. Idem valet de Isidoro (Etym. 10, 159): Lanista gladiator id est carnifex Tusca lingua appellatus, a laniando scilicet corpora; (Etym. 19, 24, 14): Lacernae quasi amputatis capitibus fimbriarum neque ita laxis ut sunt paenularum. Suspicio tamen ex Festo provenisse glossas Abol. (LA 16; 19; 37) Laciniosum: pannosum, laceratum, Lanista: <quasi> lanius macellarius qui carnes ferro laniat. Sed utrum ex hoc loco Festi an ex inferiore non liquet.

DELAPIDATA. Hinc Isid. Etym. 15, 16, 6 Delapidata, id est lapidibus strata. Si hinc hausit Gloss. Cyrill. (= Philox.?) Delapido: καταλιθάζω, Dilapido: διασπαράσσω, Festus sic disputasse videtur: Delaniare.. sic Dilapidata.. contra Delapidata, etc.

DEXTANS. Cf. Varr. L. L. 5, 172; Deunx dempra uncia; dextans dempto sextante; dodrans dempto quadrante; bes, ut olim des, dempto triente

DUODEVIGINTI. Cf. supra, s. v. (58, 25).

DELUIT. Et in hoc et in sequente lemma crede Verrium de duabus formis Del-, Dil-disputasse. Hincine Gloss. Philox. DI 89 Diluit: ἀνίησιν, διαλύει?

DILECTUS. Hinc Gloss. Philox. DI 103 Dilectus: ἀγαπηθείς καὶ στρατολογία. Etiamne Gloss. Abol. DI 49 Diligit: eligit amare? Cf. Varr. L. L. 6, 66: Ab legendo legio et diligens et dilectus.

DETRECTARE. Glossa incertae originis in aliquot glossariis est, Detr.: valde tr. Cf. supra, s. v. Dedita Opera (61, 17).

DEXTERA AUSPICIA. Hinc Gloss. Philox. DE 599 Dextera: δεξιὰ. αἴσια. Et fortasse gl. Ansil. DE 1349 Dextera: propitia, prospera.

SINISTIMUM. Sinistra auspicia prospera esse docetur infra, s. v. Sinistrum (476, 29); s. v. Sinistrae Aves. Cf. infra, s. v. Sinistrae Aves (454, 1 sinistimum auspiciū). An scribend. Dexti. et Sinisti. <auspiciū>? Vetat gl. Abol., (DE 23) Dextimus: dexter. Sed Gloss. Philox. DE 331 Dextimum: δεξιτέρον.

Diobolares meretrices dicuntur quae duobus obolis ducuntur. <Plautus (Cist. 407) : *diobolares, schoeniculae, miraculae, cum extertis talis, cum crocillis cruculis*.>

Dies dictus [quod divini sit operis, sive] ab Iove eius [ut putabant] rectore, qui (quem) Graece *Δία* appellatur (-ant); sive quod aer diurnus dehiscat in candorem.

Diabathra genus solearum Graecanicarum. <Naevius (trag. 54) :

diabathra in pedes habebat erat amictus epicroco.>

Deorata perorata. *Deactio* peractio.

Dianius (-um ?) locus (lu- ?) *Dianae* sacratum.

Diffarreatio genus erat sacrificii quo inter virum et mulierem fiebat dissolutio ; dicta diffarreatio quia fiebat farreo libo adhibito.

Dium, quod sub caelo extra tectum, ab Iove dicebatur, et *Dialis flamen*, et *dius* heroum aliquis a Iove genus ducens.

Defrensa [m] detrita [m] atque detonsa [m].

Deinde compositum est ex praepositione et loci significatione ; ut *ezinde, perinde, proinde, subinde*, quae item tempus significant.

DIOBOLARES. Hinc Gloss. Philox. DI 287 Diobolares : διόβολοι. Glossas ad hos Plauti versus ex antiquis glossographis collectas habes congregatas in Varr. L. L. 7, 64 (ad Cist. 407), dissipatas secundum alphabeticam dispositionem in Festo. Cf. s. vv. Schoeniculas (442, 7) ; Miracula (110, 4) ; Crocotillum (46, 6) ; Succrotilla (390, 6) ; Todi (480, 22). Adde (siquidem ex Cist. 4C5) Limaces (108, 14) ; Scrattae (448, 4) ; Scrupedae (448, 19).

DIES. Cf. infra et supra, s. v. *Dium* (65, 20 ; 62, 13). *Δία* Dubito huc referre Macrob., 1, 15, 14 ; Cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carminibus canunt et Cretenses *Δία τὴν ἡμέραν* vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem. [dehiscat] i. e. dies quasi 'de(h)is'.

DIABATHRA. Hincine recta via an per Philox. gl. Amplon. II (= Abol. ?) *Diabathra* : genus calcei muliebris ? Si recta via, adde ut puta <mulieribus proprium>. Cum hoc lem-mate lemma, quod infra est, Epicrocum iungo et refero ambo ad Naevii versum ap Varr. L. L. 7, 108 (Apud Naevium :

diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco ;
utrumque vocabulum Graecum). De Dionyso fortasse dixit Naevius.

DEORATA. Vix i. e. deaur-.

DEACTIO. Vide ad Degere (64, 11).

DIANIUS LUCUS. Cf. Cato or. frag. 58. Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laevius Tusculanus dedicavit dictator Latinus.

DIANIUM. Cf. Liv. 1, 48, 6 : Ad summum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit.

DIFFARREATIO. Cf. supra, (C ii) s. vv. Confarreata, Confarreatis Nuptiis. Et infra, s. v. Repudium (350, 22).

FARREO. Cf. infra, s. v. Farreum (78, 19).

DIUM. Cf. supra, s. v. (62, 13) ; infra, s. v. *Dium Fulgur* (66, 15). Hic locus magis conspirat cum Varr. L. L. 5, 66 : Olim Diovis et Diespiter dictus, id est dies (diei ?) pater ; a quo dei dicti qui inde et dius et divum ; unde sub divo, *Dius Fidius* ; itaque inde eius perforatum tectum ut ea videretur divum, id est caelum ; quidam negant sub tecto per hunc deiere oportere.

DIALIS. Hinc Gloss. Philox. DI 4 *Dialis* : ὁ τοῦ Διὸς ἱερεὺς. Et fortasse Gloss. Ansil DI 1317 *Dialis flamen* : quasi Iovis.

DEFRENSA. Hinc Gloss. Philox. DE 189 ; 156 *Defrensa* : ἀρουρα θερισθεῖσα, λήμιον Sus-

Diox genus piscis frequens in Ponto.

Deincipem antiqui dicebant proxime quemque captum, ut *principem* primum captum.

Diomedis campi in Apulia appellantur qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt. *Diomedia* insula in qua Diomedes sepultus est excedens Italia.

Depontani senes appellabantur qui sexagenarii de ponte deiciebantur.

Desiderare et *considerare* a sideribus dici certum est.

Decures decuriones. <*Decurialis* decurionalis>.

? (Gloss.) "*Decuriat convivas*": aut cogit ad convivium aut ad decemviros.

Defomitatum a fomitibus succisum, quibus confoveri erat solitum.

Depeculatus a pecore dicitur; qui enim

picor Festum non solum hanc vocem rusticam tractavisse, sed etiam defrensus -a -um. Ps. -Plac. in scriptore antiquo repperit Defresum, cum marginali interpretatione 'detritum; unde adhuc fresa faba, quae obtrita frangitur'. Cf. infra, s. v. Frendere (81, 8 est frangere; unde et faba fresa; unde et dentibus dicimus frendere).

DIOX. Sumpsitne e Lucilio Verrius, ut illud Amian (19, 22 genus piscis)?

DEINCIPEM. Cf. supra, s. v. Deinceps (62, 17).

DIOMEDIS CAMPI. Plur. v. g. Liv. 25, 12, 7. Sing. v. g. in Carmine Marciano (ap. Liv. 25, 12) de Cannis:

ne te alienigenae cogant [in] campo Diomedis
conserere (-sertare?) manus.

DIOMEDIA. Cf. Plin. N. H. 3, 151; Contra Apulum litus Diomedia conspicua monumento Diomedis; Aug. Civ. 18, 16: Templum Diomedis esse aiunt in insula Diomedeae non longe a monte Gargano.

DEPONTANI. Nequis credat Festum scripsisse Depontari (inf. praes.) sen. dicebantur Hinc enim Gloss. Ansil. (= Abol.) DE 885 Depontani senes; sexagenarii. Cf. infra, s. v. Sexagenarios De Ponte (450, 22).

DESIDERARE. Cf. infra, s. v. Praesiderare (249, 22).

CONSIDERARE. Cf. supra, s. v. (37, 4 a contemplatione siderum videtur appellari).

DECURES. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) DE 192 et 199 Decures: decuriones, decani. Multam materiam ad reconcinna Festi verba praebet Gloss. Philox. vel praebere videtur (DE 91) Decuria: δεκανία, δεκάς καὶ φρατρία, (DE 82) Decuriat et decimat: ἐπίδεκα-τεῦται, δεκατοῖ, ne dicam (DE 74) Decurio: βουλευτής, δεκαδάρχης, (DE 75) Decurionatus: βουλεία, δεκαδάρχεια, (DE 107; 105) Decuriones, decemviri: δέκα πρώτοι. Cuius glossarii etiam esse videtur gl. quam supplevi ex Gloss. Nom. Decurialis: decurionalis. Est etiam gl. Ansil. incertae originis (DE 41 Decadas: decurias). Et tertiae glossae Ansil., quoniam veri similis est eiusmodi glossam ex Festo quam ex scholio Vergiliano emanare. (DE 198 Decuriat convivas), precarium locum hic concedo. Vide ne tales versus citaverit Verrius de aliquo qui iusto numero convivarum decimum (parasitum fortasse) addiderat:

convivas decuriat (-io?).

Cogit (-gin?) eos ad convivium an ad decemviros?

DEFOMITATUM. Cf. Gloss. Philox. DE 127 (quam ex Gloss. Cyrill. restituo) Defomit, dedolat: ἀποπελεχῆ. Cf. infra, s. v. Fomites (75, 1). Simplex verbum invenit ps. -Plac. Fomitat: fomitibus exassulat. De gl. Ansil. (DE 428 Deformatata arbor: desectis astulis) vide Laistner, Class. Quart. 16, 105.

DEPECULATUS. Plenius infra, s. v. Peculatus (232, 29; 268, 33); s. v. Ovibus Duabus (220, 22).

populum fraudat *peculatus* poena tenetur.
Deculcarunt valde occulcarunt. *Decalicatum*
 calce litum.
Dium fulgur appellabant diurnum, quod
 putabant Iovis ; ut nocturnum *Summani*.
Dicassit dixerit.

251 + 224) *Delicium*, *delactatum* :
 ἀπογαλακτισθέν.

(Gloss. Philox. DE 300) *Demusso* : ἀπονυσ-
 τάζω, ἀποσιωπῶ.

(Gloss. Abol. DE 24) *Depegisse* : defixisse.

? (Gloss. Philox. DE 387) *Depetigo* : λέπρα,
 λειχήν.

? (Gloss. Ansil. DE 1089) *Desnas* : denas

(Gloss. Philox. DE 528) *Decium* : καλὸν
 κάγαθόν.

(Gloss. Abol. DE 26) *Despondit* : hic in
 defectionem dedit.

(Gloss. Abol. DE 49) *Delic[t]us* : ver[r]u-
 clatus quem dicunt. (Gloss. Philox. DE

(Gloss. Philox. DI 53) *Diffitetur* : ἀρχαίως
 ἀρνεῖται, ἀπαρνέεται.

DECULCARUNT. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) DE 194 *Deculcarunt* : valde ocul-
 carunt.

DECALICATUM. Vide supra, s. v. *Calicata Aedificia* (41,8 calce polita).

DIUM, Cf. Gloss. Cyrill. (= Philox.) *Fulgur dium* : κεραυνοβόλιον ἡμερινόν, *Fulgur*
submanum : κεραυνοβόλιον ἀπὸ πρωῒ ἢ νυκτερινόν. *Illud ἀπὸ πρωῒ* (cf. *sub mane*) *Phi-*
loxeno imputo. Cf. Gloss. Philox. DI 289 *Dium* : ἀστραπή, et DI 323 *Dium* : ἡμερήσιον, et
 DI 340 : *Dius* : Ζεὺς κεράνιος. Cf. infra, s. v. *Provorsum Fulgur* (254,1).. quod diurna Iovis,
 nocturna *Summani fulgura* habentur).

DICASSIT. Cf. supra, s. v. *Celassis* (53, 29). Miro errore (quasi 'disserit') Gloss. Philox.
 (DI 5 ; 13) *Dicassit* ἐπαγορεύει, συνεχῶς λέγει. Expectes *Dicassit* dicaverit (id quod est in
 Gloss. Ansil. DI 55).

DECIUM. Nomen proprium Festo vindico, cum *Verrius* tantopere se nominibus propriis
 occupet.

DELICUS. Cf. Varr. R. R. 2, 4, 16 : Cum porci depulsi a mamma a quibusdam *delici*
appellantur. Huc fortasse addend. gl. Philox. incertae formae (DE 257) *Delica[n]s* :
 παρέλα <ε> ις. Cf. infra, s. v. *Sacrem* (420, 26). verue, i. e. cum veruculo (veru diminutive).
Nugatur Heraeus (Phil. Woch. 48. 145).

DEMUSO. Cf. infra, s. v. *Mussare* (131, 8) ; s. v. *Summussi* (384, 16).

DEPEGISSE. Versum aliquem (ut puta *Ennii*) citasse Festum crede. Nam eandem
 formam (cum eadem marginali interpretatione) ex scriptore nescioquo sumpsit ps. Plac.
 (*Depegisse* : defixisse).

DEPETIGO. Cf. infra, s. v. *Impetix* (97,8 *impetigo*). Cum *Nonius* tamquam veterum
 dictum *Petigo* (160, 18) ex versu *Lucilii* proferat ubi nostram vocemagnoscunt docti (983) :
 inluyies scabies oculos huic de[ni] que petigo
 conscendere,

nolo huic glossae *Philoxeni* locum hic omnino negare. Incertae tamen est originis.

DESNAS. Speciem certe antiquitatis habet. Sed veram ? Sunt qui 'cesnas cenas' legere
 velint. Ecce iterum gl. *Festinam* (cf. infra, s. v. *Pesnis* 222, 25 ; s. v. *Pennas* 228, 10).

DESPONDIT. Hic] scil. in huiusmodi versu (Plaut. Men. 34) :

pater eius autem postquam puerum perdidit,
 animum despondit.

DIFFITETUR. *Illud ἀρχαίως* glossam Festo vindicat. Antiquam vocem etiam Gloss.
 Abstr. (ex Scholio *Vergiliano* sumptam) habet (DI 30) *Diffitentur* : negant.

(Gloss. Philox. DI 176) *Disconducit* (sine interpr.)

(Gloss. Philox. DO 51) *Domitionem* : ἐπάνοδον.

? (Gloss. Philox. DU 68) *Dupla* (?) : εἶδος σκεύους.

E

I. EX PAULO DIACONO.

Elucum significat languidum ac semisom-

num, vel, ut alii volunt, alucinatorem et nugarum amatorem, sive halonen (*heluonem* ?), id est hesterno vino languentem, quod ἥλων vocitant Graeci.

Emere, quod nunc est mercari, antiqui accipiebant, pro sumere.

Elices sulci aquarii per quos aqua collecta educitur e liris. <..*Elicatores*>.

Ennam (?) etiamne.

Elaudare plus quam nominare.

Elecebrae argentariae meretrices ab eli-

DISCONDUCIT. Errore librarii interpretatio lemmatis Dicassit nostram interpretationem eiecit. Vox Plautina est (Trin. 930) :

sed nil disconducit huic rei.

DOMITIONEM. Eandem vocem videtur reperisse (cum marginali interpretatione ' domum reditum ') ps. -Plac., nimirum in versu Pacuvii (173) :

nam solus Danais hic domitionem dedit.

SALTEM eum verum laudat Nonius (96,1). Eundem credo etiam a Festo hic esse laudatum.

DUPLA. Omnia sunt incerta. Nam noster unicus Philoxeni codex habet Dupia.

ELUCUM. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) EL 206 Elucum : languidum. Noli igitur emendare ' elanguidum '. Cf. infra, s. v. Helucus (89, 12 ab hiatu et oscitatione dictus). Cf. supra, s. v. Alucinatio (23,4 erratio), ubi citavi Gell. 16, 12 : Cloatius Verus in libris quos inscripsit Verborum a Graecis Tractorum ... alucinari factum scripsit ex eo quod dicitur Graece ἄλυν, unde elucum quoque esse dictum putat, A littera in E versa.

HELUONEM. Vix credendum est orthographiam cum H littera (heluo, non eluo), ea ratione esse defensam, quasi vox ab adverbio heri derivata esset. Infra, s. v. Heluo (88, 15), alia derivatio profertur. Ps. -Plac. videtur Heluo cum Elucus consociare, sed glossa corrupta est : Hel[l]u<c>i : crapula veterni, unde helluones dicuntur. Reppererat igitur in scriptore antiquo formam Heluci (gen. sing. ? nom. plur. ?) cum ea marginali adnotatione.

EMERE. Cf. supra, s. v. Abemito (4, 30 emere enim antiqui dicebant pro accipere) ; infra, s. v. Redemptores (332, 33 nam antiquitus emere pro accipere ponebatur).

ELICES. Cf. infra, s. v. Indices (100, 12 canales... ab iniciendo dicti). educ.] elicitur ? Addiditne Festus etymon. ? Addidit Gloss. Ansil. EL 121 Elices : sulci in maribus (?) per quos aquae eliciuntur. Quae tamen glossa fortasse non est Abol. (e Festo sumpta) sed Abstr., sumpta e schol. Vergil. Cf. Serv. auct. Geo. 1, 109 (elicit) : Et apud antiquos et hodieque in aliquibus provinciis elices appellantur sulci ampliores ad siccandos agros ducti ; unde poeta ipso verbo uti voluit ; nam et scrutatores et repertoires aquarum aquilices et harinulces dixerunt. Sunt qui huc ad Festum revocent gl. corrupt. Philox. (DE 257) Delicans (-cas ?) . παρελκεις, (-κεις ?). Festina certe gl. Philox. (EL 36) Elix : ἀναπνοή ὀχετοῦ. Supplevi ex Gloss. Philox. (EL 15) Elicatores : ὑδροσκοποί.

ENNAM. i. e. et -nam ?

ELAUDARE. Plus lucis praebet Gloss. ps. -Plac. ex quo patet antiquum scriptorem nescioquem (Plautum ?) fcrnam 3 pers. sing. praes. ind. act. habuisse (Elaudat : extra finem laudat.) Cf. infra, s. v. Laudare (105, 9 apud antiquos ponebatur pro nominare).

- ciendo argento dictae. <Plautus (Men. 377) : nam ita sunt hic meretrices : omnes elecebrae argentariae>.
- Electabo* eliciam. <Plautus (Asin. 295) : ibo advorsum atque electabo quidquid est.>
- Enumquam* equando. <Plautus> <.. *Enusquam*..>
- Emussitata* ad amussim facta. <Plautus (Mil. 632) : inest in hoc emussitata sua sibi ingenua indoles.>
- Endoitium* initium
- Em* tum (eum ?).
- [Em] *Panda* [Paganorum] dea.
- Emem* (emdem ?) eundem.
- Elumbum* (-us ? -is ?) evulso lumbo. *Elinguem* (-is ?) sine lingua <.. *Elinguatio* ?> <.. *Emembris*..>
- Elacatena* genus salsamenti quod appellatur vulgo melandrea (-rya).
- Enubro* inibenti.

ENUMQUAM, v. g. Men. 143 :

dic mi, enumquam tu vidisti tabulam pictam in pariete
ubi aquila Catamitum raperet aut ubi Venus Adoneum ?

Cf. ps. -Plac. Enumquam : equando. Ex Festo provenisse possunt gl. Abol. (EN 6) Enumquam : equando, et gl. Philox. (EN 35-36) Enumquam : εἰ ποτε, Enusquam : εἰ ποῦ. Unde illud Enusquam addere ausus sum.

EMUSSITATA. In suo exemplari fabularum invenit Nonius (9,8) ad hunc versum adnotationem marginalem ' examinata '. In alio scriptore repperit ps. -Placidus acc. plur. masc. cum adnotatione quae minus a Festina discedit (Emussitatos : ad amussim exactos). Et ex ps. -Placido potius quam ex Festo (per Gloss. Abol.) videtur venire Gloss. Ansil. EM 171 Emussitatis : ad amussim exactis. An illud facta Pauli est, exacta Festi ?

EM. Cf. infra, s. v. Eum (67, 23.. em, pro eum, ab eo quod est is).

EMPANDA. Hinc credo gl. Philox (PA 71) Panda : εἰρήνης θεός. Huius glossae etiam locus displicet, nam post Emem, non ante stare debet. Aelius Stilo eandem esse Pandam atque Cererem dixit (Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I, ap. Non. 44, 1). Cf. Woelfflin (Arch. lat. Lex. 1, 330).

EMEM. Cf. Gloss. ps. -Plac. Heindem : aequè, similiter. Et in I capitulo hanc formam esse a Festo memoratam noli colligere ex gl. Phil x. IM 7, sed lege mecum Im : eum, <τοῦ> τὸν, αὐτόν ; ut in Gloss. Cyrill. (= Philox.) Im : αὐτόν, Eim : αὐτόν, τοῦτον. De Charisio dixi infra, s. v. Em. (67, 23).

ELUMBUM. Hincine Gloss. Ansil. EL 214 Elumbis : lumbo convulso ? Etiam (unde supplavi) EM 29 Emembris : membro convulso ?

ELINGUEM. Hincine Gloss. Abol. EL 11 Elinguis : sine lingua, sermonem non habens ? Praepositionem aliter (quasi ex parte, partim, non omnino) videtur explicasse scholiasta Vergilianus ille quem adhibuit Gloss. Abstr., siquidem plenam formam glossae Abstr. (EL 5) servavit Gloss. Ansil. (EL 143, 145) Elinguis : mutus vel ei similis, balbus (cf. Gloss. Abstr. EM 26 Emortuus : ex parte mortuus). Supplavi, sed dubitanter, ex Gloss. Philox. EL 34 Elinguatio : γλωσσοτομία.

ELACATEN. -cata (genus piscis) Colum 8, 17, 12. Vel ἡλακατῆνα (acc. sing.) ... μελάνδρυα.

ENUBRO. Cf. infra, s. v. Inebrae Aves (97, 12 quae in auguriis aliquid fieri prohibent ; et prorsus omnia inebra appellantur quae tardant vel morantur agentem). Similem doctrinam in hoc E- capitulo fuisse declarat Gloss. Philox. ubi in E- capitulo sunt haec (EN 3) Enibrum : πρᾶγμα τι ὡς ἐπὶ βλάβης, (EN 4) Enibra : ἐναντία, (EN 8) Eniber : ὅπως πονηρά,

Eliza a liquore dicta.

Endoplorato inplorato, quod est cum questione inclamare; *inplorare* namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis. *Endo procinctu* in procinctu. Significat autem, cum ex castris in proelium exitum est, *procinctos* quasi praecinctos atque expeditos. Nam apud antiquos togae incincti pugnitasse dicuntur.

(Gloss.) *Endoriguom* inriguum. *Endogenia* naturaliter amoena. *Endo. Endopitus* (?). *Endoclusa. Endo-*

peciscas. Endodicarit (-assit ?) <indicaverit>. *Endofestabat. Endorivom.*

Emptivum (-us) *militem* (-les) *mercennarium* (-us).

Emancipati duobus modis intelleguntur, aut [h]i qui ex patris iure exierunt, aut [h]i qui aliorum fiunt domini; quorum utrumque fit mancipatione.

Eum antiqui dicebant pro eorum. *Em* pro eum, ab eo quod est is.

sicut in I-Capitulo es. (IN 147) Inebra : ὄρνεον μαντευτικόν. In augurali sermone inebrae aves erant adversae, sed praepetes prosperae (cf. Serv. auct. Aen. 3, 246 : Quae si fuerint prosperae, praepetes; si adversae, inebrae vocantur). Cf. infra, s. v. Praepetes Aves (224, 6; 286, 14).

ELIXA. Cf. Varr. L. L. 5, 109 : Elixum e liquore aquae dictum. Haec vox a Nonio (et fortasse hic a Festo) cum militari vocabulo lixa coniungitur (48, 17) : Elixum quidquid ex aqua mollitur vel decoquitur, nam lixam aquam veteres esse dixerunt; unde et lixae dicti qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre; (62, 6) : Lixarum proprietas haec est quod officium sustineant militibus aquae vehendae; lixam namque aquam veteres vocaverunt, unde elixum dicimus aqua coctum. Sane Festus infra (s. v. Lixae, 103, 17) aliud vocis militaris etymon profert. Hinc Gloss. Philox. EL 35 Eliza : ἐξ ὕδατος ἐκζεστόν?

ENDOPLORATO. Hinc gl. Ansil. (= Abol.) EN 19 Endoplorato : inplorato; gl. Philox. EN 21 Endoplorato : ἐπιπάλεσον. Ex XII Tab. (8, 12) profert Festus infra (s. v. Sub Vos Placo) : endoque plorato (402, 33).

IMPLORARE. Hinc Gloss. Abol. IN 45 Inplorat : cum fletu invocat vel rogat (cf. Gloss. Abav. IN 225). Cf. infra, s. v. (96, 23 inclamare, ad auxilium invocare).

ENDO PROCINCTU. An -tud ? Hinc gl. Philox. EN 2 E. ἐξωσμένοι ἐν πολέμῳ, IN 389 In procinctu : ἐν προτομῇ πολέμου στήναι μετὰ ἐσθῆτος ὑπατικῆς ἥτοι διαθέσθαι ἐν παρατάξει πολέμου.

PROCINCTOS. Cf. infra, s. v. Procincta Classis (251, 19; 294, 3) Aut hinc aut inde Gloss. Philox. PR 255 Procinctum : ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλέσωνται.

ENDORIGUOM etc. Harum glossarum (quibus adde ex Paulo Indostruom : industrium, Endoitium : initium) hi sunt testes : Gloss. Ansil. (= Abol.) EN 20 Endoriguum : inritum; EN 18 Endogenia : naturaliter amoena; Gloss. Philox. (ex Festo) EN 1 Endo : ἐν, εἰς, EN 7 Endopieus : ἀνωθε <ε>ις ἐνδότερο<v> (quasi ' intus volans ' intellego), EN 12: Endoclusa : ἐνκεκλεισμένη, EN 13 Endope[s]ciscas (sine interpretatione), EN 17 Endodecarit : μὴνύσει. EN 19 Endofestabat : ἐσ<α>ινεν, ἀργίζετο, EN 22 Endoribum : ἐν ρείθρον, κατὰ ρείθρον. Adde has corruptas : (Ansil. EN 16-17) Endo : mansuetus, Endocetum : indigestum. Vide etiam infra, in I-capituli parte ii, Indu.

EMPTIVUM. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) EM 161 Emptivus miles : conducticius.

EM. Cf. supra, s. v. Em; s. v. Emem. Etiam Im (cf. infra, s. v., 92, 1; supra, s. v. Callim 41, 7). Haereo utri Festi capitulo attribuiam gl. Philox. IM 1 Im : αὐτόν (de qua glossa vide ea quae supra dixi, s. v. Emem 67, 5); nam indicat. gl. Cyrill. (= Philox.) litteram I supra litteram E in archetypo scriptam esse, Eim : αὐτόν, τοῦτον. Et quoniam Omicron et

Egeriae nymphae sacrificabant praegnantes quod eam putabant facile conceptum alvo egerere.

Escariae mensae quadratae vocantur in quibus homines epulantur; *anclabris* ea qua in sacrificando dis *anclatur*, quod est hauritur ministraturque

Escit erit.

Eapse ea ipsa <*Eopse* eo ipso> <*Eumpse* eum ipsum>.

Evelatum eventiulatum; unde *velabra* quibus frumenta ventilantur.

Egens velut 'ex-gens', cui ne gens quidem sit reliqua.

Eiuratio significat id quod desideretur non posse praestari. Plautus (inc. 25) "eiuravit militiam".

Everriator vocatur qui iure accepta hereditate iusta facere defuncto debet; qui si non fecerit seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat. Id nomen ductum a verrendo; nam *exverrae* (-rriae?) sunt purgatio quaedam domus ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem, certo genere scoparum adhibito ab extra verrendo dictarum.

Egretus <egressus> et *adgretus* <adgressus> ex Graeco sunt ducta a surgendo et proficiscendo; unde et *Nyctegresia* <*Accii tragoedia*> quasi 'noctisurgium'.

Eccere iurisiurandi est ac si dicatur per Cere-rem, ut ecastor, edepol. Alii eccere pro ecce positum accipiunt.

Omega saepissime in eo archetypo confusa sint, fortasse legendum est (Philox. EU 20) Eum: αὐτῶν, (Cyrill. Eim etc.) Eum: αὐτῶν, τούτων Doleo corrupta etiam Charisii verba (in unico, sicut Philoxeni, codice servata) quae sic legere velim (133, 1 K = 169, 20 B.): Im pro eum; nam ita Seaurus in Arte Grammatica disputavit, antiquos imdem (im ques cod.) hunc eundem significare consuesse et declinari (-re?) ita, is eius ei eum vel im; numero plurali est locutus Pacuvius in Medo (221 R):

ques sunt? Ignoti nescioques ignobiles.

EGERIAE. Aliter Varr. ap. Aug. Civ. 7, 35.

ESCARIAE. Cf. supra, s. v. Cillibae (38,3 mensae rotundae).

ANCLABRIS. Cf. supra, s. v. (10, 18 mensa ministeris aptata divinis).

ANCLATUR. Cf. supra, s. v. Anclare (10, 16).

ESCIT. Infra (s. v. Nec 158, 31) profert Festus e XII Tab. (5, 7): astei custos nec escit. Cf. etiam infra, s. v. Superescit (394, 6 significat supererit); s. v. Obescit (207,5 oberit vel aderit). Cf. Gloss. ps.—Plac. Escit: erit.

EAPSE. Supplevi ex Gloss. Ansil. (= Abol.) EO 15 Eopse: eo ipso; EU 189 Eunte: eum ipsum; Gloss. AA (= Abol.) Eumpse: eum ipsum.

EVELATUM. Huc revocandae videntur obscurae glossae Cyrill. (= Philox.) Evelo: ἀποκαλύπτω, Abba (= Abol.) Evelantur: spoliantur, Evelatus: spoliatus. Num gl. Philox. EV 12 sic emendanda est, <Evelata> eventilata ἐκγεγυμνασμένα?

EGENS. Hincine Isid. Etym. 10, 88 Egens et egenus, sine gente et sine genere indigentes? Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) EG 8 Egentes: sine opibus, sine gente indigentes?

EVERRIATOR. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) EV 69 Everriatores: qui defunctorum umbras colunt.

EGRETUS. Hinc credo gl. Ansil. (= Abol.) EG 79 Egretus: egressus. De duobus vocabulis disputavi supra, s. v. Adgretus (6, 4 apud Ennium "adgretus fari" pro eo quod est adgressus ponitur) et hic addo Plinium N. H. 21, 36: Herbam nyctegreton memorare.

ECCERE. Hinc nimirum gl. Philox. EC 1-3. Eccere: ecce, ἰδοῦ, κατὰ τῆς Δήμητρος. Artissime cum Festo consentit ps.—Plac. (Eccere: ecce vel iureiurando per Cererem),

Eamus ex Graeco ἔωμεν.

Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum est appellari. Sed alii de amore Iovis in taurum versi narant; alii eam a praedonibus raptam et navem quae Iovis tutelam, effigiem tauri, habuerit in eam regionem esse delatam. Quidam ob pulchritudinem regionis per simulationem raptae filiae occupatam eam terram ab Agenore et Phoenicibus ferunt.

Epolonos dicebant antiqui quos nunc epulones dicimus. Datum est autem [h]is nomen quod epulas indicendi Iovi ceterisque dis potestatem haberent.

Eudiaeon (εὐδαιων) lineum filum quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod κλυσμός emittitur.

Euboicum talentum nummo Graeco septem milium et quingentorum cistophorum est, nostro quattuor milium denariorum.

Extrarium ab *extraneo* sic distinguitur: extrarius est qui extra focum sacramentum iusque sit; extraneus ex altera terra. quasi 'ex-terraneus'. *Exta* dicta quod ea dis prosecuntur quae maxime extant eminentque. *Extimum* extremum ita significat ut intimo sit contrarium. *Ext[er]raneus*, ex alia terra. *Ext[er]raneus* quoque dicitur et qui ante tempus natus vel potius eiectus est. Dictus autem 'exterraneus' quod eum mater exterrita alvo eiecit <quod genus hostiarum sacris non adhibetur>. *Externus* est alienus terrae.

Experrectus a porrigendo se vocatus, quod fere facimus recentes a somno.

quod me iudice documento est ea esse ipsa verba antiquorum glossographorum. Quare non scribo 'pro ecce <rem>'. Cf. infra, s. v. Equirine (71, 17 iusiurandum per Quirinum).

EAMUS. cf. Varr. L. L. 6, 96: Quae in Graeca lingua putant Latina ut...i ab ἔθ<,>, ite ab ἔτε.

EUROPAM. Cf. Varro (qui nonnisi duas orbis partes agnoscit, Asiam et Europam) L. L. 5, 32; Europa ab Europa Agenoris quam ex Phoenice Manlius scribit taurum exportasse; quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti.

EOLONOS. Cf. supra, s. v. Centurionus (43, 10 antea, qui nunc centurio, et curionus et decurion dicebantur). An transponend. ante praecedens lemma (a quo series EU incipit)?

EUBOICUM. Cf. infra, s. v. Talentorum Genera (492, 12) Aut Festus aut Paulus deerasse videtur. Non ex Gloss. Abol. sed ex marginali in Orosium (Hist. 4, 11, 2) adnotatione provenit glossa Corp. (E 331) etc. Euboicorum: genus maiorum talentorum.

EXTIMUM. Incertae originis est gl. Ansil. EX 1240 Extima: extrema, ut Lucretius (4, 647) "extima membrorum circumcaesura".

EXTERRANEUS. Supplevi ex. gl. Ansil. (= Abol.) EX 1319 Extraneos: ex alia terra, vel inmaturo quos exterrita mater alvo eiecit, quod genus, etc. Cf. ps. -Plac. Extraneam: abortivam, quia plurimum exterritae abiciunt extra.

EXTERNUS. Hincine Isid. Etym. 10, 87 Externus, eo quod sit alienae terrae? Hincine gl. Cyrill. (= Philox.) Exterrenus [exterrimus]: ἀπόδημος (unde Gloss. Abav. EX 112 Exterrinus: peregrinus)?

EXPERRECTUS. Cf. infra, s. v. (70, 12). An Exporrectus (cf. Nonius 47,4)? Corrupta gl. ps. -Plac., quam supra memoravi s. v. Adgretus (6, 4), haud scio an sanitatem hic inveniat, Egregius: erectus, evigil. Nam sequens glossa est Expergito: velut somno ablato. Ne tamen credas ps. -Placidum unam gl. (non duas) scripsisse (Experrectus: erectus, evigil, expergito somno, velut ablato), consule Nonium 104, 13.

Expreta antiqui dicebant quasi expertia habita.

Excudere, procudere et incudis ipsa a caedendo dicta sunt.

Explorare antiquos (-qui) pro exclamare usos (usi); sed postea prospicere et certum cognoscere coepit significare. Itaque *speculator* ab *exploratore* hoc distat quod *speculator* hostilia silentio perspicit, *explorator* pacata clamore cognoscit.

Expapillato brachio exerto; quod cum fit papilla nudatur. <Plautus (Mil. 1180): id conexum in umero laevo, expapillato brachio.>

Exbures exinteratas (-tae?), sive exburae quae exhiberunt, quasi epotae. <Plautus?>

Exdorsua dorsum confringe; alii, exime. <Plautus (Aul. 398): congrum, murenam exdorsua quantum potest.>

Exfir (?) purgamentum; unde adhuc manet *suffitio*.

Exscendere egredi.

Experitos imperitos.

Explenunt explent.

Exdutae exuviae.

Excipuum quod excipitur; ut *praecipuum* quod ante capitur.

Exciet excutiet.

Expatiare in locum patentem se dare, sive in spatium se conferre.

EXPRETA. Hucine redit gl. Ansil. (=Abol.) EX 1044 *Expreta*: valde consumpta? Notus est Plautinus versus (Bacch. 446):

it magister quasi lucerna uncto expretus linteo.

EXCUDERE. Quae supra, s. v. Cudere (54, 15), disputaverat Verrius ad hanc doctrinam pertinere credit Reitzenstein (Verrianische Forschungen 32), quam ad annotationes Plauti Amph. 159 vel Pseud. 614 bene revocat.

EXPLORARE. pro excl.] noli credere Verrium hoc pro certo habuisse. Cf. infra, s. v. Plorare (260, 4 significat apud antiquos plane inclamare).

EXPAPILLATO. Alia lectio erat effafilato (cf. infra, 73, 17, s. v.). Nonius (103, 2) in suo Plauti exemplari repperit expapillato cum marginali interpretatione 'quasi usque ad papillam renudato'. Glossam Philoxeni ex Festo tractatam Latine vertisse videtur Gloss. Nom. (Expapillato: nudato). Hinc etiam Gloss. Ansil. (=Abol.) EX 153 Ex.: exserto brachio ad mammam,

EXBURJES. Cf. infra, s. v. Inbutum (96, 30 quod cuiuspiam rei sucum perbibit).

EXDORSUA. Eandem lectionem repperit in suo Plauti exemplari Nonius (17 et 95). Qui extant Plauti codices (Ambrosianus hic deest) habent: exossata fac sient. Et lectionem exossata memoravit Festus, si ex Festo (quod prorsus incertum est) venit gl. Philox. EX 109 Exossat ἐξοσατίζε (pro qua vix audeo legere <Exdorsua:> exossa, ἐξοσαίζε): Repperit ps. -Placidus in scriptore antiquo (cum marginali glossa vel 'iudicandum' vel 'indicandum') formam exdorsuandum.

EXSCENDERE. Si Festina et integra est gl. Philox. ES 2 (Escendit: συμβαίνει), scripsit Festus non egredi sed evenire.

EXPERITOS. Cf. ps. -Plac. Experitus: non peritus sed extra peritiam positus, sicut expers extra partem.

EXPLENUNT. Cf. supra, s. v. Danunt (60, 8); infra, s. v. Nequinont (160, 3); s. v. Prodinunt (254, 22), Redinunt (362, 3).

EXDUTAE. Falsa, ni fallor, forma secundum analogiam formae indutus -a-um ficta Cf. infra, s. v. Exuviae (70, 28 ab exuendo dictae).

Edecumata (exd- ?) electa.

Expectorat ex pectore eicit.

Experrectus est qui per se vigilare coepit ;
expergitus ab alio excitatus, quem sole-
mus dicere expergefactum.

Excidionem urbis a caedendo dictam mani-
festum est.

Effata (exf- ? ecf- ?) elocuta.

Exporgere porro agere, exporrigere.

Exoletus qui adolescere, id est crescere
desiit.

Exanclare exhaurire.

? (Nonius et Placidus) *Exanclare*
exhaurire <ex Graeco veniens>
Plautus Stichus (272) :

ne iste edepol vini poculo pauxillulo
saepe exanclavit submerum scitissime.

Examen est et aequamentum et iudicii
investigatio et apum congregatio vel
locustarum.

Examussim regulariter ; *amussis* enim
regula fabrorum est vel, ut alii volunt,
ferramentum quo in poliando utuntur.
<Plautus>.

EDECUMATA (-im- **codd.**) Hincine Gloss. Cyrill. (= Philox.) Edecuno : ἀποδεκατῶ ?
EXPECTORAT. Hinc gl. Abba (= Abol.) Expectorat : extra pectus eicit. Vix ex
Nonio (16, 1 Expecturare est extra pectus eicere) qui citat (sicut credo etiam Festus
citavit) notissimum versum Ennii (trag. 21 R.) :

tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat.

EXPERRECTUS. Vide quae dixi supra, s. v. (69, 17).

EXPERGITUS. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) EX 541 Expergitus : experrectus, exper-
gefactus ?

EXCIDIONEM. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) EX 240 Excidio : excisio ?

EFFATA. Cf. infra, s. v. (71, 14). Non hinc, sed ex scholio Vergiliano fluxit gl. Abstr.
EF20 Effata : locuta. Aut hinc aut ex marginali ad Verg. adnotatione gl. Abol. EF13
Effatus : elocutus.

EXPORGERE. An ex Plauto (v. g. Pseud. 1) exemplum addend. ? Cf. infra, s. v. Pori-
gam (244, 1... ducto verbo a porro regam... antiqui etiam porgam dixerunt).

EXOLETUS. Hincine Gloss. Philox. EX 106 ; 112 Exoletus : ὑπέραιμος καὶ ἐξώλης,
τρεβικός ? Cf. supra, s. v. Adolescit (5, 12 exoletus qui excessit olescendi, id est crescendi
modum). An ex Plauto (Curc. 473 ; Poen. 17) exemplum addend. ?

EXANCLARE. Hinc gl. AA (= Abol.) Exanclare : exhaurire ; e Graeco. Videtur mihi
Nonius haec ex De Verb. Signif. sumpsisse et Placidus (non ps. -Plac.) Festum exscripsisse
notius quam Nonium. Illud, ex Graeco veniens Placidus habet, non Nonius. Cf. supra, s. v.
Anclare (10, 16 haurire, a Graeco descendit). Hincine Gloss. Philox. EX 18 Exanclat :
ἀρύεται ? Ex marginali in Apuleio adnotatione fluxisse videtur gl. Abol. EX 53 (Exanclasti :
exhausti) ; sed incertae originis est gl. Ansil. EX 78 Exanclaverint : pertulerint. Ex versu
a scholiasta Vergil. citato venisse videtur gl. Abstr. EX 95 Exanclandi : praeagendi.

EXAMEN. Hincine Gloss. Philox. EX 13-14 Examen : ἐξέτασις, ἀκρόασις, δικαστήριον
(-ων?), σήκωμα ? Hinc, ni fallor, gl. Abav. (= Abol.) EX 6 Examen : iudicium vel apium
congregatio. Citavitne Festus Plautum ? (Truc. 314) :

neque istuc in segesti tergo coget examen mali.

EXAMUSSIM. Cf. supra, s. v. Amussim (6, 1 regulariter ; tractum a regula ad quam ali-
quid exaequatur, quae amussis dicitur) ; s. v. Emussitata (67, 1). Plautus] v. g. Most 102 :
factae probe examussim.

Cf. Varr. Quaest. Plaut. II (ap. Non. 9, 14) : Amussis est aequamen, levamentum, id est
apud fabros tabula quaedam qua utuntur ad saxa coagmentata ; Plautus...

Exagogen evectionem. <Plautus>.

Exurgentes exprimentes.

'*Ex-gregiae* ' *egregiae*, id est e grege lectae

Exodium exitum.

Exoriri surgere.

Exuviae ab exuendo dictae.

Exercitus et militum copia dicitur et homo multis negotiis exercitus; sed superius quarti ordinis, hoc secundi est.

Exomides (ἐξωμίδης) sunt comici vestitus exsertis humeris.

Exiles et *ilia* a tenuitate *inarum*, quas Graeci in chartis ita appellant, videntur esse dicta.

Exilica (-uli-) causa quae adversus exulem agitur.

Exitum antiqui ponebant pro exitu; nuno exitum pessimum exitum dicimus.

Exercurent sarcirent. <Terentius (Haut. 143):

qui opere rustico
faciundo facile sumptum exercirent
suom,>

Exercitionem <et> *exerciti* dicebant antiqui *exercitationem* <et> *exercitati*; item. *exercitiorem* <et> *exercitissimum*, sicut ab exercitato *exercitatiorem* <et> *exercitissimum*.

Exfuti (ecf-?) effusi ut *mertat* pro *mersat*.

EXAGOGEN. Hincine Gloss. Philox. EV 9 Evectio: ἐξαγωγή? Plaut. Iv. g. Truc. 716; Rud. 681.

EXURGENTES. An -is -is? Non haec pars verbi est in Plaut. Rud. 1008: quasi peniculus novus exurgeri solet.

EGREGIAE. Cf. supra, s. v. Abgregare (21, 22 egregius dicitur e grege lectus), Hincine Gloss. Philox. EG 15 Egregia: ἐξοχωτάτη (unde fortasse Gloss. Abav. EG 9 Egregiae: extantiae)? Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) EG 65 Egregium: ex grege praecipuum?

EXODIUM. Cf. Non. 27, 12 (Exodium est finis; a Graeco tractum, quasi ἐξω τῆς ὁδοῦ, id est extra viam), qui exempla e Varrone profert; ps. -Plac. Ad exodium: ad finem vel terminum.

EXORIRI. Ex marginali in Terentio et in Vergilio adnotatione glossae Abol. EX 72 Exorere: exsurge, 109 Exoritur: exsurgit. Non hinc provenerunt.

EXUVIAE. Hincine Gloss. Philox. EX 225 Exuviae: λάρυρα, ἐκδύματα? Hincine glossae Ansil. (= Abol.) EX 1440-1441 Exuvias: vestes, spolia, EX 1443 vestes; ab exuendo dictas? Vix gl. Ansil. incertae originis EX 1447 Exuviae hominum dicuntur, induviae deorum apud Paganos.

EXERCITUS. Cf. infra, s. v. Exercitionem et Exerciti (71,10).

INARUM. Cf. infra, s. v. Iliia (92,31 dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima).

EXITIUM. Hincine gl. AA (= Abol.) Exitium: periculum seu exitum malum vel calamitas? Exitio (non exitium) significat exitum vel evitacionem in Plaut. Capt. 519.

EXERCIRENT. Codices qui extant Terentii habent 'exercerent', sed 'exercirent' indicat scholium in codice Bembino. Id scholium ex Donati Commento (in hac parte nunc deperdito) sumptum esse videtur. Donatus nimirum in suo Terentii exemplari veram lectionem repperit. Nec possum quin moneam Donati testimonium de veris Terentianis lectionibus fere numquam in errore esse. In errore sunt hodierni philologi qui non intellexerunt cuiusmodi revera sit lacerum illud, contaminatum et miserum fragmentum quod solum nunc de Donati Commento superest.

EXERCITI. Cf. supra, s. v. Exercitus (71,1) An huc redit gl. Philox. EX 22 Exercipes: ταχυδρόμος, δρομεύς καὶ κούρσω?

EXFUTI. Est corrupta gl. Abol. (EF 16 Effute: vanae loquis sine effectū), cuius si vera

? (Plac.) *Effutire* foras aliquid effundere vel producere cum garrulitate. Dicimus enim *futiles* homines vanos superfluos et loquaces ; et est metaphora a vasis quae quassa et rimosa non tenent quae inieceris.

Effari et *effata* a *fando* ; quod ipsum ex Graeco *ὥς φάτο*..

Equirria ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum qui in Campo Martio exercebantur.

Equirine iusiurandum per Quirinum.

Equestre aes quod equiti dabatur. *Equitare* antiqui dicebant equum publicum merere.

Equus Marti immolabatur quod per eius effigiem Troiani capti sunt, vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur. *Equo vehi flamini Drali non licebat* ne, si longius digrederetur, sacra neglegerentur.

Exinfulabat exserebat ; *infulas* enim sacerdotum filamenta vocabant.

Existimare dictum ab aestimatione.

Exrogare (ero- ?) est ex lege vetere aliquid eximere per novam legem.

Eximium inde dici coeptum quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur vel quod primum erat natum.

forma est <Effutire :> effute, id est vane, loqui sine effectu (cf. Gloss. AA Effute : vane loqui sine effectu). Festum hoc lemma quasi etymon verbi Effutire adhibuisse colligimus Cf. infra, s. v. Futiles (79,7 qui ... tacenda... effundunt). Ne tamen illud 'sine effectu' Festo attribuas monet Gloss. Abstr. EF 14. Cf. Gloss. Corp. E 76 Effuit : vane loquitur. Est etiam alia gl. Abol. (EF 10) Effutare : mentiri, diffamare (ex glossa Terentiana ?) Et variam lectionem in archetypo indicare videtur gl. corrupta Ansil. (= Abol.) EF 9 Effacit : vane loquitur ; alii effutit, dicit. Necnon est alia gl. Ansil. (= Abol.) EF 168 Effutire : simul verba fundere. Placidi (non ps. -Placidi) verba credo ex Festo esse sumpta. || quassa] cassa codd. Isidori (10,109), qui Placidum excerpsit. Cf. Donat. Phorm. 746 : Effutire dicitur ab eo quod est effundere ; nam translatio est a vase futili nomine quod patulo ore, fundo acuto instabile nihil per se continet ; unde et futilis dicitur eiusmodi homo qui nihil inter se contineat et semper inanis sit.

MERTAT. Cf. infra, s. v. (111, 19 pro mersat dicebant).

EFFARI. Cf. Varr. L. L. 6, 53 : Hinc effata dicuntur, qui <a> augures finem auspicioium caelestium extra urbem agris sunt effati ut esset ; h ne effari templa dicuntur : ab auguribus effantur qui in his fines sunt. Hanc vocem auguralem Vergilius arripuit ; v.g. Aen. 3, 463 (vates sic ore effatus), ubi Serv. auct. : Verbo augurali usus est, quia scit loca sacra, id est ab auguribus augurata, 'effata' dici.

EQUIRRIA. Cf. infra, s. v. Martialis Campus (117, 25 in eo Equirria solebant fieri siquandocum aquae Tiberis Campum Martium occupassent). Cf. Varr. L. L. 6, 13 ; Ecurria ab equorum cursu ; eo die enim ludis currunt in Martio Campo.

EQUIRINE. Cf. supra, s. v. Eccere (68, 16 iusiurandi est ac si dicatur per Cererem, ut ecaster edepol).

EQUUS MARTI. Cf. infra, s. v. October Equus (190, 11 qui in Campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior) ; s. v. Panibus (246, 21 redimibant caput equi immolati idibus Octobribus in Campo Martio).

INFULAS. Cf. infra, s. v. Infule (100, 7 filamenta lanea quibus sacerdotes et hostiae templaque velantur).

EXROGARE. Vide supra ad Derog re (61,3 cum quid ex lege vetere quominus fiat sancitur lego nova). Hincine Gloss. Philox. ER 13 Erogare : ἐξοδάζειν?

EXIMIUM. Cf. Macrob. 3, 5, 6 : Eximii... sacerdotale nomen est ; Veranius enim in

Exemplum est quod sequamur aut vitemus ; *exemplar*, ex quo simile faciamus. Illud animo aestimatur, istud oculis conspiciitur.

Exhaustant efferunt.

Exin metri causa dicitur pro exinde.

Exesto extra esto. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitabat, « hostis, vinctus, mulier, virgo exesto » ; scilicet interesse prohibebatur.

Epulares appellabantur qui in quibusdam ludis nocte epulabantur.

Epistylum trabs quae super columnas ponitur.

Epeus nomen cuiusdam fabri qui equum dureum fecit.

Epicrocum genus amiculi croco. tinctum, tenue et perlucidum.

Epulam antiqui etiam singulariter posuere.

Epilimma (—pal— ?) genus vilissimi unguenti.

Ercum citum [que] fit inter consortes, ut in libris legum Romanorum legitur. Ercum a coercendo dictum ; unde et *erciscendae* et *ercisci*. Citum autem est vocatum a ciendo.

Ederam flamine Diali neque tangere neque nominare fas erat pro eo quod edera vincit ad quodcumque se applicat ; sed ne *anulum* quidem gerere ei licebat solidum aut aliquem in se habere *nodum*.

Edeatro (?) qui praesunt regis epulis, dicti ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων.

Ervum et *ervilia* a Graeco sunt dicta, quia illi ervum ἔρπος, erviliam ἐρέβυνθος appellant.

Ergo correptum significat idem quod apud Graecos οὐχοῦν, producte idem quod γάρ, hoc est gratiā, cum scilicet gratia intellegitur pro causa. Sed illud superius

Pontificalibus Quaestionibus docet eximias dictas hostias quae ad sacrificium destinatae, eximantur e grege, etc.

EXEMPLUM. Hincine Gloss. Philox. EX 55 Exemplum : ἀντίγραφον, ἀντίτυπον, ὑποδείγμα (cf. EX 53) ?

EXHAUSTANT. Cf. Gloss. Abba (= Abol.) Exhaustant : exhauriunt. Vel cf. Gloss. ps.—Plac. Exhaust[e]rantibus : ubertim fluentibus veluti exhaurientibus.

EXESTO. vinctus] cf. Serv. auct. Aen. 4, 518 : Ad Iunonis Lucinae sacra non licet accedere nisi solutis nodis. Et cf. infra, s. v. Ederam (72, 23).

EPEUS. Verg. Aen. 2, 264 ; Ipse doli fabricator Epeos. De quo Serv. auct. (ad loc.) : Epeos, Panopei filius.

EPICROCUM. Vide ea quae scripsi supra, s. v. Diabathra (65, 13). Hinc Gloss. Philox. (fort. una gl.) EP 4 ; 6 Epicrocum : ἐσθῆτος εἶδος, Epicrocum : δηλαυγές Citavitne Festus Plaut. Pers. 96 (« epicrocum pellucidum ») ? Cf. ps. — Plac. Epicroca : perlucida.

EPULAM. vix Epulum.

ERCISCUNDAE. Hinc fortasse gl. Philox. ER 1 : Erciscundae : διαίρεσως. Et Isid. Etym. 5, 24,9 : Familia herciscunda est divisio hereditatis inter heredes ; herciscunda enim apud veteres divisio nuncupabatur. Cf. gl. Cyrill. (= Philox.) Eretus citus : διαίρεσις ὑπαρχόντων, Erciscundae familiae : διαίρετάς οὐσίας. Sed ex annotatione in Apuleio marginali provenisse videtur gl. Abol. ER 3 Erciscendae : evocandae, dividendae.

EDEATROE. Hincine gl. AA (= Abol.) Edesmata : ad comedendum electa (vel del—) ? Scripsitne Festus ἀπὸ τῶν ἐδ. < quae ad comedendum elegunt > ?

ERVUM. Incertae originis est Gloss. Philox. ER 27 Ervum : ἔρπος.

ERGO. Verrii, ni fallor, sunt omnia, cuius temporibus ergo in usu erat, praeter quod antiqua pronuntiatio antiquae et fere obsoletae postpositioni assignabatur. Incertae originis est gl. Abol. ER 7 Ergo : causa.

etiam sine exemplis notum est ; hoc inferius sic formatur cum dicimus de aliquo statua donatus est honoris virtutisque ergo ' id est honoris virtutisque gratia.

Eritudo servitudo.

Erugere semel factum significat quod eructare saepius. Illud enim perfectae formae est, hoc frequentativae. <Ennius (Ann. 379)

contempsit fontes quibus ex erugit aquae vis>

Erebum Vergilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos, cum ait (Aen. 6, 404) :

imas Erebi descendit ad umbras ;

interdum flumen eiusdem loci, dicens (Aen. 6, 671) :

et magnos Erebi transnavimus amnes.

Varro vero Erebo natam Noctem ait ; unde est et illud (frag. inc. 132) :

Erebo creata fuscis crinibus, Nox, te invooco.

Effafilatum exsertum, quod scilicet omnes exserto brachio sint ' exfilati ' id est extra vestimentum filo contextum. <Plautus (Mil. 1180)>.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. Abav. EU 18) *Ebitere* . ἀρχαίως egredi.

(Gloss. Philox. EL2) *Ellam* : ἐκείνην.

(Gloss. Philox. EN30) *En siet* : εἴη δέ.

(Gloss. Philox. EN 32) *Entoridia vel Etorida* (*Interidea* ?) : ἐν τῷ μεταξὺ.

(Gloss. Philox. EX 188) *Extar* <a>ulla : ubi exta <co>quebantur.

F

I. EX PAULO DIACONO.

Fornacalia sacra erant cum far in fornaculis torrebant.

Formiae oppidum appellatur ex Graeco, velut ' Hormiae ', quod circa id crebrae stationes tutaeque erant, unde proficiscabantur navigaturi.

Forma significat modo faciem cuiusque rei ; modo calida [m] ut cum exta quae dantur *deforma* appellantur ; et Cato ait de quodam aedificio (inc. 23) : Aestate fri-

ERITUDO. An Er. <dominatio, ut> se. ? Cf. ps. -Plac. Eritudo : dominatio. Et similiter Festus, si e Festo fluxit gl. Cyrill. (=Philox.) Eritudo : δεσποτεία. Pro alia corrupta gl. ps. -Plac. (Eritum : dominum) fortasse est legend. Eritium : dominium. Cf. infra, s. v. Famulitium (77,9 dicebatur quod nunc servitium).

ERUGERE. Supplevi ex Macrobiani exe. Bob. 651, 35, hinc nimirum sumptis (Eructo etiam a quo principali veniat quaeritur ; et est a verbo erugit. Ennius, etc.)

EFFAFILATUM. Cf. ps. -Plac. Effafilatus : exerto humero, hoc est extra filum manum proferens. Ad eundem versum spectant Fest. et ps. -Plac., qui supra (s. v. Expapillato Brachio 69, 25) laudatus est. Aliam partem verbi repperit ps. Plac. in antiquo scriptore nescioquoque, Exfabillavero (-fafi-) : exeruero.

EBITERE. Ex Philox., id quod declarat illud ἀρχαίως.

INTERIDEA. pro interea, sicut postidea pro postea. An endoteridea ?

EXTAR. Cf. Plaut. Rud. 135 :

aut aulam extarem aut aliquid — quid verbis opust ?

FORNACALIA. Cf. infra, s. v. (82, 30) ; s. v. Popularia Sacra (298, 20) ; s. v. Quirinalia (304,9) ; s. v. Stultorum Ferae (420,3).

FORMIAE. De mutato H sono in F vide quae citavi infra, s. v. Faedum (74,9), praesertim Serv. Aen. 7, 695 : Formiae quae Hormiae fuerant, ἀπὸ τῆς ὀρμῆς.

FORMA, calida '. Cf. infra, s. v. Foroipes (74, 6) ; s. v. Formucapes (81, 10).

gido, hieme formidat. Item forma appellatur puls miliacia ex melle.

Fordicidis boves *fordae*, id est gravidæ, immolabantur; dictæ a fetu,

Foedus appellatum ab eo quod in paciscendo foede hostia necaretur. Vergilius (Aen. 8, 641):

et caesa iungebant foedera porca.

Vel quia in foedere interponatur fides.

Forcipes dicuntur quod his *forma*, id est calida, capiuntur. <...*Formosus*?>

'*Forbeam*' antiqui omne genus cibi (herbae?) appellabant quam Graeci φορβήν vocant.

Faedum antiqui dicebant pro haedo, *folus* pro holere, *fostim* pro hoste, *fostiam* pro hostia.

FORDICIDIS. i. e. -diis. Cf. infra, s. v. Horda (91, 17 praegnans; unde dies quo gravidæ hostiae immolabantur *Fordicidia*).

FORDAE. Hinc Gloss. Philox. FO 17 Fordas: ἐγκυμονούσας, FO 21 Forba (lege *Fordicidia*): θύσας ἐγκύμονος βοός. An *fordas* i. e. gravidas immolabant? An d. a fetu <quasi ferentes>? Cf. Varr. L. L. 6, 15: *Fordicidia* a *fordis* bubus; bos *forda* quae fert in ventre; quod eo die publice immolantur boves praegnantes in curiis complures, a *fordis* caedendis *Fordicidia* dicta; R. R. 2, 5, 6. Boves etiam dicere videtur Serv. auct. Aen. 2, 140 (hostia... si gravida fuerat, *forda* dicitur; quae sterilis autem est taurea appellatur). Unde igitur illud sus Gloss. Corp. F 274 *Forda* sus: praegnans? Vide ne ex ps. -Placido emanaverit, siquidem is scripsit *Forda*: plena, dicta a praegnante <sue> quod proprie significat.

FOEDUS. Illud foede confirmat Serv. Aen. 1, 62: *Foedus* autem dictum vel a fetalibus... vel a porca foede, hoc est lapidibus occisa, ut ipse "et caesa iungebant foedera porca". Servius etymon fetiales potest ex Donato male intellecto sumpsisse. Cf. Serv. auct. Aen. 8, 641: Porca... cum ante gladiis confingeretur, a fetalibus inventum ut silice feriretur, ea causa quod antiqui Iovis signum lapidem silicem putaverunt esse; Cicero foedera a fide putat dicta. Isidorus (Etym. 18, 1, 11) in scholiis Vergilianis potius quam in Festo nititur. Incertae et originis et significationis est gl. Abol. FI 11 *Fidifragus*: refraga fidei. Sed Varro indicat Ennium 'fidus' pro foedus scripsisse (L. L. 5, 86). Cf. infra, s. v. *Fidusta* (79, 26).

FORCIPES. Cf. infra (81, 10): 'Formu-capēs' forcipes dictæ quod forma capiant, id est ferventia. Illud 'formu-capēs' fictam esse formam intellege ex Serv. Aen. 8, 453: *Forfices* sunt quibus incidimus, *forcipes* quibus aliquid formum tenemus, quasi 'formi-capēs'; nam formum est calidum, unde et *formosos* dicimus quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Potest sane Servii doctrina (per Donatum) e Festo fluxisse. Et eam doctrinam indidem profectam exhibet Isidorus Etym. 20, 13, 3: *Forfices* secundum etymologiam, si a filo dicuntur, F ponitur, ut *forfices* quae sunt sartorum; si a pilo, P, ut *forpices* quae sunt tonsorum; si ab accipiendo, C, ut *forcipes*, eo quod formum capiant, quae sunt fabrorum; formum enim dixerunt antiqui calidum; unde et *formosus*. Sed non nisi illud *formosus* addere ausus sum, quamquam gl. Abol. FO 8 (*Fornum*: callidum), nisi scribae dormitantis est, indicare videatur Festum etiam de fornace, etc. dixisse. Cf. Donat. Phorm. 107: *Fornum* veteres ignem et calorem quandam quasifervorem dixerunt, et ideo fornaces, *forcipes*, *formam*, et *formosos* ex quibus amoris ignis exsolvitur.

FORBEAM, i. e. *herbeam*, vox, ni fallor, ficticia qua ex Graeco vocabulo φορβή ad Latinum herba eat. Hinc Gloss. AA. (= Abol.) *Fordea* (lege -rbea): omnis herba. Cf. Serv. auct. Gec. 1, 120; Nigidius commentario grammaticali "φορβή, sed antea fibra dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt"; potest ergo hic «fibris» pro herbis accipi.

FAEDUM. vel *fedum*. antiqui immo rustici. Cf. Varr. L. L. 5, 97: *Hircus*, quod Sabini

Furum nigrum vel atrum ; hinc dicta *fur-nus*, *Furiae*, *funus*, *fuligo*, *fulgus*, *fumus*.

Fodare fodere.

Forctes (-us ?) frugi et bonus (-os ?) sive validus (-os ?)

Forum sex modis intellegitur. Primo negotiationis locus, ut forum Flaminium, forum Iulium, ab eorum nominibus qui ea fora constituenda curarunt ; quod etiam locis privatis et in viis et agris fieri solet. Alio in quo iudicia fieri, cum populo agi, contiones haberi solent. Tertio cum is qui provinciae praeest forum agere dicitur, cum civitates vocat et de controversiis eorum cognoscit. Quarto cum id forum antiqui appellabant quod nunc vestibulum sepulchri dicari solet. Quinto locus in navi, sed cum masculini generis est et plurale. Sexto fori significant et Circensia spectacula, ex quibus etiam minores *forulos*

dicimus. Inde et *forare*, *foras dare*, et *fores* et *foras* et *foreculae*, id est ostiola, dicuntur.

Fons a fundendo dictus.

Fomites sunt assulae ex arboribus dum caeduntur excussae, dictae quod in eo opere occupati cibis potuque confoventur. At Opilius adustas iam fomites vocari existimat. Fomites alii vocari putant scintillas quae ex ferro candenti malleis excutuntur ; dictae autem ita quia igne sunt confotae. Pari modo assulae, quae sunt securibus excussae.

Fontinalia (-tan- ?) fontium sacra ; unde et Romae *Fontinalis porta*.

Folium a Graeco venit, quod illi dicunt φύλλον ; sed ideo per unum. L quia antiqui non geminabant consonantes.

Focus, *fomenta*, *foclationes*, *focula* a

fircus ; quod illic faedus, in Latio rure haedus ; Quintil. 1, 5, 20 (aedes ircosque) ; Serv. Aen. 7, 695 ; Faliscos Halesus condidit ; hi autem, immutato H in F, Falisci dicti sunt, sicut febris dicitur quae ante hebris dicebatur, Formiae quae Hormiae fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς Cf. supra, s. v. Formiae ; s. v. Fordicidis ; infra, s. v. Horetum ; s. v. Hanula ; s. v. Horreum.

FODARE. Fodentes est in Ennii versu (Ann. 504) infra, s. v. Sybinam (453, 11) laudato. Quid sit in Ann. 571 (ap. Varr. L. L. 7, 100 : Hoc verbum Ennii dictum a fodiendo) ce-lat unicus qui extat Varronis codex.

FORCTES. Cf. infra, s. v. Horetum (91, 14 et forctum pro bono dicebant) ; s. v. Sanates (474, 26 in XII cautum est ut idem iuris esset Sanatibus quod Foretibus, id est bonis).

FORUM. Exscripsitne Festum Paulus ?

Circensia] cf. Charis. 32, 19 K : Fori loca spectulorum ; item fori sunt in navibus quo nautae sedentes remigant.

FONS. Cf. Varr. L. L. 5, 123 ; Fons unde funditur e terra aqua viva. Sed ordo displicet. Cur non Fons, Fontinalia, Fomites, Focus, etc. ?

FOMITES. confoventur] O stultum etymon ! Melius Serv. auct. Aen. 1, 176 : Fomites sunt assulae quae ab arboribus cadunt quando inciduntur, quod foveant ignem ; Clodius Scriba commentariorum IV " fomenta taleae excisae ex arboribus " ; item alio loco " astulae ambustae, ligna cavata, a fungis nomine excepto ". Unde Isid. Etym. 17, 6 26.

FONTINALIA. Cf. Varr. L. L. 6, 22 : Fontanalia a Fonte, quod is dies feriae eius ; ab eo tum et in fontes coronas iaciunt et puteos coronant.

FONTINALIS PORTA. Cf. Huelsen (Rhein. Mus. 49, 411).

FOCUS. Cf. Varr. Rer. Div. (ap. Serv. auct. Aen. 3, 134) : Focus dictus a fotu, ut colina ab eo quod ibi ignis colatur, etc. Ex Donato (qui Varronem laudat) Isid. Etym. 20, 10, 1.

fovendo, id est calefaciendo, dicta sunt.

Folliculare appellatur pars remi quae folliculo est tecta; a quo "*vita follicularis*".

Ferentarii auxiliares in bello, a ferendo auxilio dicti; vel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur non tenentur, ita appellati.

Ferctum genus libi dictum quod crebrius ad sacra ferebatur; nec sine *strue*, altero genere libi, quae qui adferebant *struferctarii* appellabantur.

Feralia <*Parentalia*> dis Manibus sacrata festa, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata.

Feria a feriendis victimis vocata.

Februarius mensis dictus quod tum, id

est extremo mense anni, populus *februaretur*, id est lustraretur ac purgaretur. Vel a *Iunone Februata*, quam alii *Februalem*, Romani *Februlim* vocant, quod ipsi eo mense sacra fiebant; eiusque feriae erant *Lupercalia*, quo die mulieres februabantur a Lupercis *amiculo Iunonis*, id est pelle caprina; quam ob causam is quoque dies *Februatus* appellabatur. Quaecumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur *februa* appellantur; id vero quod purgatur dicitur *februatum*.

Fescennini versus, qui caneantur in nuptiis, ex urbe Fescennina dicuntur allati sive ideo dicti quia fascinum putabantur arcere.

FOCULA (-li *codd.*) Cf. Non. 9, 25: Focula dicta sunt nutrimenta; unde et foculare dicitur, ut fovere; Plautus Persa (104):

at edes; nam iam intus ventris fumant focula.

A Latino fōcūlum, i. e. fōvīcūlum.

VITA FOLLICULARIS, i. e. nautica. Vox puta Enniana vel Luciliana.

FERENTARII. Cf. infra, s. v. (83, 2 levis armaturae pugnatores); s. v. Velati (506, 25 ferentarii qui fundis ac lapidibus pugnabant, quae tela feruntur non tenentur). Et vide supra ad Adscripticii (13, 26 ferentarios, quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent quae in hostes iacerent). Hino, ni fallor, Gloss. Amplon. II (= Abol.) Ferentarii: signiferi vel vexilliferi. Conditor igitur Abolita Glossarii male legerat vexillo pro 'auxilio'.

FERCTUM. Ab hoc antiquo vocabulo Isidorus (Festo scilicet usus) mire offertorium Christianum derivat (Etym. 6, 19, 24). Dubito utrum ex Festo an ex Paulo hauserit Gloss. Vat. 1469 Fertum: genus panis ad sacrificium.

STRUFERCTARII. Cf. infra, s. v. Strufertarios (376, 12).

FERALIA. Cf. Varr. L. L. 6, 13: Feralia ab inferi<i>s et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum quibus ius ibi parentare; Div. Rer. (ap. Macrobian. Sat. 1, 4, 14). Supplevi ex Gloss. Abol. FE 15 (Feralia: Parentalia), quae glossa glossae Festinae vicina est.

FERIA. Melius infra, s. v. Ferias (76, 17 antiqui fesias vocabant).

FEBRUARIUS. Iunonis] Inui docti. Cf. Unger (Rhein. Mus. 36, 72). Cf. Varr. L. L. 6, 13: Lupercalia dicta quod in Lupercali Luperci sacra faciunt; rex cum ferias menstruas nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat; februm Sabini purgamentum, et id in sacris nostris verbum; nam et Lupercalia februatio, ut in Antiquitatum libris demonstravi; 6, 34: Mensis... posterior ut idem dicunt scriptores, ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur; ego magis arbitror Februarium a die Februato, quod tum februatur populus, id est Lupercis nudis lustratur antiquum oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum. Docet Varronis locus alter qua via Verrius a lemme Feralia ad lemma Februarius processerit. Hucine redeunt gl. corruptae Ansil. FE 15-16 Februa: p[ro]ut dea Paganorum, Februare: purgare?

FESCENNINI. Cf. infra, s. v. Fescenninoi (76, 16 qui depellere fascinum credebantur).

Fenus et generatores et lex de credita pecunia fenebris a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Graecos eadem res τόκος dicitur. Fenum quoque pratorum ab hac causa est appellatum, quando id ipsum manens quotannis novum parit ; unde etiam et festuca vocata est.

Felicata patera dicta quod ad felicitis herbae speciem sit caelata.

Fescenniae (-ceninai ?) vocabantur qui depellere fascinum credebantur.

Ferias antiqui fesias vocabant. Et aliae erant sine die festo, ut nundinae ; aliae cum festo, ut Saturnalia, quibus adiungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.

Ferire dictum quod ferientes ferantur.

Felicones mali et nullius usus, a felice dicti.

Ferus ager incultus.

Factio et factiosus initio honesta vocabula erant ; unde adhuc factiones histrionum et quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine factionis seditio et arma vocantur.

Fama a fando dicta ; sic apud Graecos φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux et princeps generis vocabatur pater et mater familiae. Unde familiae nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum ; et familiares, ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam famuli appellari coeperunt, permutata I cum U littera.

Facessere significat interdum facere, ut est (Verg. Aen. 4, 295) « iussa facessunt ». Interdum vero <facessat> pro abeat

FENUS. Cf. infra, s. v. Fenum (83, 8). Cf. Varr. Serm. Lat. III (ap. Gell. 16, 12, 7) : Fenerator a fenore est nominatus ; fenus autem a fetu et quasi a fetura pecuniae parientis atque increscentis.

FELICATA PATERA. Cf. Cic. Parad. 11 : Quid ? A Numa Pompilio minusne gratas dis immortalibus capudines ac fictiles urnulas fuisse quam felicitas <S> aliorum pateras arbitramur ?

FESCENINOI. Cf. supra, s. v. Fescennini Versus (76, 6).

FESIAS. festas codd. Cf. Varr. ap. Vel. Long. 73, 9 (apud antiquos fesiae). Addiditne Festus <unde etiam dies festus> ? Cf. Gloss. Ansil. (= Abol. ?) FE 342-3 Feriae : otia, quasi festa ; indicticiae et honorariae dicuntur ?

FERIRE. ferantur] sc. ira. Vix efferantur (i. e. feri fiunt).

FERUS. Cf. Varr. R. R. 1, 7, 7 : In locis feris.. in iis quae sunt culta.

FACTIOSUS. Cf. supra, s. v. Axitiosi (3, 6).

FACTIO. Hincine Gloss. Philox. FA 19-21 Factiosus : νεωτεριστής, Factionem : συνσκευήν, Factio : τάγμα ?

FAMA. Cf. Varr. L. L. 6, 55 : Ab eodem verbo fari... fama et famosi. Hincine Gloss. Philox. FA 45 Fama : φήμη ? Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) FE 160 (Feme : fama Graece ; vides quia ex Graeco venit) ?

FAMILIA. I cum U] cf. Vel. Long. 67, 2 ; 75, 12, etc. Cf. infra, s. v. Famuli (77, 12 unde et familia vocata). Hincine Gloss. Corp. (= Abol.) F 106 Familiaris : amicus ; quasi unius familiae ; Gloss. AA (= Abol.) Familiaris : amicus vel domesticus ; tamquam unus ex familia ?

FACESSERE. Significationis ' abire ', ' discedere ', ' recedere ' usitatum exemplum est Terentii in quem supplevi versus. Facessit ' facit ' frequentativam formam appellavit Servius (Aen. 4, 295 ; Geo. 4, 547) ; pro intensiva forma habuit Verrius, siquidem ad Festum redit corrupta gl. Abol. FA 9 Facessit dicitur facit et libenter facit ; gl. Ansil. (= Abol. ?) FA 80 Facessit : plus facit, ut capessit plus capit.

ponitur. <Terentius (Phorm. 635) « haec hinc facessat »>. Pacuvius (326) “ facessite omnes hinc ”, id est abite.

Facul antiqui dicebant et *faculter* pro facile; unde *facultas* et *difficultas* videntur dicta. Sed postea facilitas morum facta est, facultas rerum.

Famuletium <et *famulatus*> dicebatur quod nunc servitium.

? (Schol. Isid.) Siquis tempore famis aliquem nutriendo servasset, eum famulum habebat. Hinc et *famulus* dictus, ut quibusdam placet.

Famicosam terram palustrem vocabant. *Famuli* origo ab Oscis dependet apud quos servus *famel* nominabatur; unde et *familia* vocata.

Fagutal sacellum Iovis in quo fuit fagus arbor quae Iovis sacra habebatur.

Fovi qui nunc Favi (-bi ?) appellantur dicti quod princeps gentis eius ex ea natus sit eum qua Hercules in fovea concubuit. Alii putant eum primum ostendisse quemadmodum ursi et lupi foveis caperentur.

Faces antiqui dicebant ut fides.

Famino dicito.

Facem in nuptiis in honorem Cereris praeferebant; *aqua aspergebatur nova nupta* sive ut casta puraque ad virum veniret, sive ut ignem atque aquam cum viro communicaret.

Fabam nec tangere nec nominare Diali flammis licet quod ea putatur ad mortuos

FACUL. Partem crede esse eius doctrinae quam habes infra, s. v. *Perfacul* (236, 16 antiqui et per se *facul* dicebant quod nunc facile dicimus; inde permansit in consuetudine facultas). Facile] i. e. adverbium. Recte etiam Nonius (111, 21 *Facul* pro *faciliter*; huic contrarium est *difficul*); sed prave (ex Festo male intellecto ?) Donatus Phorm. 610 : Hoc volup nomen est, ut hoc *facul*; sic enim per ἀποροχήν veteres loquebantur.

FAMULETIUM. Hinc gl. *Ab Abs.* (= Abol.) *Famulitium*, *famulatum* : <servitium>; gl. *AA* (= Abol.) *Famulatum* : servitium; gl. *Cyrill.* (= Philox.) *Famulatus*, *famulatio* : δουλεία. Quid ps. -Placidus scripserit vix constat. Si scripsit (*Famulatio* : servitio, ut eritio : dominatio <ne>), reppererat in antiquo scriptore abl. casum. Vide supra, ad *Eritudo* (73, 7 servitudo).

FAMICOSAM. Supplementum quod praecedenti lemmati dare ausus sum monstrat viam, siquidem Verrius voces *fames* et *famex* coniunxit.

FAMULI. Aliter supra, s. v. *Familia* (77, 1).

FAMEL. Expectes haec post lemma *Facul*, cum mentione Ennii (Ann. 313) :
mortalem summum *Fortuna* repente

reddidit e summo regno ut *famul* oltimus esset (unde *Lucr.* 3, 1035).

FAGUTAL. Cf. infra, s. v. *Septimontium* (458, 4; 476, 3). Cf. *Varr. L. L.* 5, 49 : *Regionis Esquiliae... ibi lucus dicitur Facutalis et Larum Querquetulanum sacellum.*

FOVII. Scripserat Verrius (et Festus ?) *Fa.* olim *Fo.* appellabantur, etc. Cf. *Plut. Fab.* 1, 1-2. Aliter (a faba) *Plin. N. H.* 18, 10. Cf. *Unger (Rhein. Mus.* 36, 53).

FACES. i. e. quintae declinationis. Declarat derivativa vox *facetus*.

FAMINO. Cur lemmata *Faces*, *Facem* dividit ? *Eratne* in exemplo antiquae *Faces* formae citatio ? An novus fons Verrii, scilicet liber de *Nuptiis*, succedit ?

FACEM. Cf. infra, s. v. *Patrimi et Matrими* (282, 24 unus *facem* praefert ex spina alba); s. v. *Rapi Solet Fax* (364, 29 qua praelucente nova nupta deducta est).

AQUA. Cf. supra, s. v. *Aqua et Igne* (3, 1 tam interdicti solet damnatis quam accipiuntur nuptae, videlicet quia hae duae res humanam vitam maxime continent).

FABAM. Cf. *Gell.* 10, 15, 12; *Capram* et carnem incoctam et *hederam* et *fabam* neque tangere *Diali* mos est neque nominare. Ex *Varrone Plin. N. H.* 18, 118-119 : *Damnata,*

pertinere ; nam et Lemuralibus iacitur Larvis, et Parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore eius luctus litterae apparere videntur. *Flamen Dialis* dictus quod filo assidue veletur ; indeque appellatur *flamen* quasi ' flamen '. *Dialis* autem appellatur a Dio, a quo vita dari putabatur hominibus

(Schol. Isid.) *Flamines* [id est sacerdotes *Paganorum*] calcibus de morticinis pellibus non utebantur.

Famella deminutivum a fama.

Faviani (-abi- ?) et *Quintiliani* appellabantur *Luperci* a Favio (-abi-?) et *Quintilio* praepositis suis.

Fastorum libri appellantur in quibus totius anni fit descriptio (dis- ?) ; *fasti* enim dies festi sunt.

Fanum a Fauno dictum ; sive a fando, quod dum pontifex dedicat certa verba fatur.

Fastigium aedificii summum.

Favi a fovendo.

Favisae locum sic appellabant in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem qui putant *favisas* esse in Capitolio cellis cisternisque similes ubi reponi erant solita ea quae in templo vetustate erant facta inutilia.

ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sunt in ea, qua de causa parentando utique adsumitur ; Varro et ob haec flaminem ea non vesci tradit et quoniam in flore eius litterae lugubres reperiantur. Ex Plinio, ni fallor, Didymus (Geopon. 2, 35, 6). [Lemuralibus]. Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 135, 13) : Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu ac dicunt se Lemurios extra ianuam eicere. [luct. litt.] Quas litteras in nigris fabae floris signis agnoverit Varro non liquet. Cf. Crusius (Rh. Mus. 39, 166).

FLAMEN. Cf. Varr. L. L. 5, 84 : *Flamines*, quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant filo, *flamines* dicti. Alia lemmata, nunc disiecta, quae huc pertinent sunt Equo Vehi (71, 23), Ederam (72, 23), Funebres Tibiae (82, 14), Iurare (92, 25), Praeclamitatores (292, 3). Non Festum, sed Servium Aen. 8, 664 excerpsit Isid. Etym. 7, 12, 18-19. Coniunctam habes disputationem de flamine Diali in Gell. 10, 15 : Caerimoniae impositae flamine Diali multae, item castus multiplices quos in libris qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris lib. I scriptos legimus, etc. [Dio] an dio ? Cf. infra, s. v. Ordo Sacerdotum (198, 36). *Dialis*, quia universi mundi sacerdos qui appellatur dium. Cf. supra, s. v. Dium (65, 20 ; 62, 13). Cf. Varr. L. L. 5, 84 : Cognomina... obscura, *Dialis* et *Furinalis*, cum *Dialis* ab Iove sit (*Diovis* enim) etc.

QUINTILIANI. Cf. infra, s. v. (308, 8).

FASTORUM. Cf. infra, s. v. *Fastis* Diebus (83, 6 iocunda fari licebat), unde viam hinc ad sequens lemma discernis.

FANUM. Cf. infra, s. v. *Fana* (83, 5 quod fando consecrantur). Cf. Varr. L. L. 6, 54 : Hinc fana nominata, quod pontifices in sacrandi fati sunt finem ; 7, 36 : Apud Ennium... (Ann. 214) « versibus quos olim Fauni vatesque canebant » ; Fauni dei Latinorum, ita ut et Faunus et Fauna sit ; hos versibus quos vocant Saturnios in silvestribus locis traditum est solitos fari, a quo fando Faunos dictos. (Cf. infra, s. v. Saturno, 432, 13). Varronem adhibet Serv. auct. Geo. 1, 10-11, qui etiam dicit : Quidam Faunos putant dictos ab eo quod frugibus faveant ; Cincius et Cassius aiunt ab Euandro Faunum deum appellatum ideoque aedes sacras ' fauna ' primo appellatas, postea fana dicta, et ex eo qui futura praecinerent fanaticos dici.

FAVISAE Verrio iudice, ni fallor, quasi favi apum. || qui putant. i. e. Varro (cf. Gell. 2, 10), qui Valerio Sorano assensit dicenti prius eas ' flavisas ' ideo appellatas esse quod in eas non rude aes argentumque sed flata signataque pecunia conderetur. Gellium excerpsit Nonius (112, 26).

Faventia bonam ominationem significat ; nam praecones clamantes populum sacrificiis favere iubebant. *Favere* enim est bona fari ; at veteres poetae pro silere usi sunt favere.

Falcones dicuntur quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati a similitudine falcis.

Farreum genus libi ex farre factum.

Falarica genus teli missile quo utuntur ex falis, id est ex locis exstructis, dimicantes. *Falae* dictae ab altitudine, a *falado* quod apud Etruscos significat caelum.

Fatantur (—ent— ?) multa fantur.

Farfenum (—rum) virgulti genus. <Plautus (Poen. 478) :
eo praesternebant folia farferi>.

Fascinum et *fas* a fando nominantur.

Fartores nomenclatores, qui clam velut infercirent nomina saluatorum in aurem oandidati.

Fur < i> *nalia* sacra Furinae quam deam dicebant.

Furcilles (?) sive *furcilla* (—ae ?) quibus homines suspendebant. <.. *Furcifer*>.

Fundus dicitur ager quod planus sit ad similitudinem fundi vasorum. Fundus

FAVENTIA. Citavitne Festus Acc. trag. 510-511 ?

cives omnibus faustis augustam adhibeant.
faventiam, ore obscena dictu segregent.

FAVERE. Cf. Serv. auct. Aen. 5, 71 : Praeco magistratu sacrificante dicebat " favete linguis, favete vocibus ", hoc est bona omnia habete aut tacete ; (Paene eadem Donat. Andr. 24) ; Geo. 1, 18 ; 4, 230.

FALCONES. Cf. supra, s. v. Capuam (38,9). Hinc Gloss. Abol. FA 32 Falcones : qui pollices pedum intro curvos habent ; Gloss. Philox. FA 40 Falcones : δάκτυλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες.

FARREUM Cf. supra, s. v. Diffarreatio (65, 17).

FALARICA. Ex schol. Aen. 9, 702 (exscript. in Isid. Etym. 18, 7, 8) venit gl. Abstr. (FA 37 ; Gloss. Ansil. AL 38, etc.).

FALAE. Cf. Serv. auct. Aen. 9, 702 (contorta falarica venit) : Hec autem telo pugnatur de turribus quas falas dici manifestum est ; unde et in Circo falae dicuntur divisiones inter euripum et metas, quod ibi constructis ad tempus turribus his telis pugna edi solebat ; Non. 114, 5.

FATENTUR. ante Falae in codd. An ante Fascinum transponend. ? Similiter Varro (L. 6, 52-55) multus est in verbo fari et eius derivativis. Suspicio Verrium scripsisse Fatentur, quasi ' fatantur ' multa fantur

FASCINUM. i. e. fascinatio, ut supra, s. v. Fescennini Versus (76, 6).

FARTORES. Dat. sing. repperit ps. —Plac. in scriptore antiquo (Fartori : nomenclatori).

FURINALIA. qu. de. di.] Festi, non Pauli, possunt esse ; cf. Varr. L. L. 6, 19 : Furrinalia a Furrina, quod ei deae feriae publicae dies is ; cuius deae honos apud antiquos, nam ei sacra instituta annua et flamen attributus : nunc vix nomen notum paucis. Cf. Savage (Trans. Amer. Philol. Assoc. 56, 238).

FURCILLES. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) FU 237-238 Furca : patibulum, supplicii genus in quo homines adpensi cito exanimantur ? Supplevi ex Gloss. Philox. FU 34 (Furcifer : σταυροκόμιστος, δικρανοφόρος, οἱ πταίνοντες ἀντὶ τιμωρίας δίκρανον ἐν τοῖς τραχήλοις ἔχοντες περιεβώμιζον διὰ τῆς πόλεως περιεγόμενοι) ; unde verba Festi colligere potes.

FUNDUS. Cum Varro L. L. 5, 37 etymon in fundendo quaerat, hoc lemma cum sequentibus duobus iungo. Hincine Gloss. Philox. FU 27 Fundus : χωρίον, ἀγρός καὶ πύθμην ?

quoque dicitur populus esse rei quem (quam) alienat, hoc est auctor.

Futare arguere est, unde et *confutare*. Sed Cato hoc pro saepius fuisse posuit.

Futtilis dicuntur qui silere tacenda nequeunt sed ea effundunt. Sic et vasa futtilia a fundendo vocata.

Flagratores dicebantur genus hominum quod mercede flagris caedebantur.

Flustra dicuntur cum in mari fluctus non moventur, quam Graeci *μαλακίαν* vocant. <Naevius (Pun. 64) :

cneariae onustae stabant in flustris.>
(Isid.) Flustra sunt motus maris sine tempestate fluctuantis ; unde Naevius in Bello Punico sic ait " oner. . . fl. ", ac si diceret in salo.

Flator tibicen <.. " flat flator ">

Flemina dicuntur cum ex labore viae sanguis defluit circa talos. <Plautus (Epid. 670) :

ita, dum te sequor,
lassitudine invaserunt misero in genua
flemina.>

Flaminius Circus et *Via Flaminia* a Flaminio consule dicta sunt qui ab Hannibale interfectus est ad lacum Thrasi-
mennum.

Flaminiae aedes domus flaminis Dialis.

Flamm[e]ari infectores flammei coloris ;
violari violacii dicuntur. <Plautus (Aul. 510) :
flammarii, violarii, carinarii.>

FUTARE. Repperitne in Catone ps. -Plac. futavit (cum glossa ' fuit '), futavere (cum glossa ' fuere ')?

CONFUTARE. Recte Nonius (87,8) : Confutare est confundere. Cf. infra, s. v. Refutare (346, 7 significat, redarguere... a fando versa A littera in U, etc.).

FUTILES. Vide supra, ad Exfuti (71, 13). — *ψ* 15

FLAGRATORES. Cf. ps. -Plac. Flagratores : qui se flagris conducti caedunt.

FLUSTRA. Anglice ' ground-swell '. In Naevio ridiculam adnotationem invenit ps. -Plac. (In flustris : in portu). Isidorus (Nat. Rer. 44, 3) Festum exscripsisse potest, Graeco vocabulo omissio. Potest tamen ex Suetonii Prat. hausisse, qui ipse ex Verrio hauserat.

FLATOR. Ex Gloss. Philox. FL 14 (Flat flator : *φασὶ ἀύλητης*) supplevi, sed dubitanter. Cf. ps. Plac. Flatores : tibicines ; a flando.

FLEMINA. Aliena videtur gl. Abol. (FL 1 Fleuma : diffusio sanguinis), minus certe PL 7 Plemina : cum in manibus vel pedibus callosi sulci sunt. Similia morborum nomina coniunxit versus notissimus Lucilii (1195) :

inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxat,

de quibus Festinas glossas servavit Paulus : Bova (27, 28 crurum tumor viae labore collectus), Tama (495, 12 cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem fecit). Sed, nisi tam exiguo indicio fallor, cum hic de talis, non de cruribus mentio fiat, alioversus specto et glossam Plautinam videor agnoscere et hic et in ps-. Placidi verbis, quae sic lego, Fleminum : pestis in qua sanguis ambulando in pedes fluit.

FLAMINIUS CIRCUS. Cf. Varr. L. L. 5, 154 : Item simili de causa circus Flaminius dicitur qui circum aedificatus est Flaminium campum, et quod ibi quoque ludis Tauriis equi circum metas currunt.

FLAMINIAE AEDES. Cf. 94, 5 (domus flaminia) ; Serv. auct. Aen. 8, 363 (flaminia domus).

FLAMMARI. Quot glossas ex hoc loco Plautino exhibuerit Verrius, quot obtinuerit Festus nescimus. Sed illuc possumus referre fortasse (s. v. Patagium, 246, 28) Patagiarii : qui eiusmodi faciunt. Dea Fortuna commode vetuit lemma Violarii a lemmate Flammarii divulgum in V capitulum semoveri.

Flumentana porta Romae appellata quod Tiberis partem ea fluxisse adfirmant.

Flammeo amicitur nubens omnis boni causa quod eo assidue utebatur *Flaminica*, id est *Flaminis* uxor, cui non licebat facere divortium.

Fidusta a fide denominata, ea quae maxime fidei erant.

Fides genus citharae dicta quod tantum inter se chordae eius quantum inter homines fides concordet ; cuius deminutivum *fidicula* est.

(Placidus) *Fidiculae* sunt unguulae quibus torquentur in eculeo adpensi.

Fizulas (?) *fibulas*.

Fiscellus (-llo ?) casei mollis appetitor, ut *catillones* *catillorum* *ligurritores*.

Fiber genus bestiae quadrupes. Plautus (inc. 26) " sic me subes cottidie quasi fiber salicem " ;

< a *fibris* > quo nomine extremae orae fluminis appellantur. Unde et *fibras* iocinerum et *fimbrias* vestimentorum dicimus.

Fratria uxor fratris.

Frivola sunt proprie vasa fictilia quassa ; unde dicta verba *frivola* quae minus sunt fide subnixa.

Frater a Graeco dictus est φρήτην, vel quod sit fere alter.

FLAMMEO AMICITUR. Cf. infra, s. v. *Flammeo Vestimento Flaminica Utebatur* (82, 6 id est *Dialis* uxor et *Iovis* sacerdos, cui telum fulminis eodem erat colore).

FIDUSTA. Hinc Gloss. AA (= Abol.) *Fidustum* : *fidum*, *fidele*[m]. Cf. supra, s. v. *Confoedusti* (35, 26 foedere coniuncti) et Varr. L. L. 5, 86 : *Foedus*, quod *fidus* Ennius scribit dictum.

FIDES. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) FI 111 *Fidibus* : *chordis* ; *fidis* enim *citharae* *chordam* designat ; *fides* autem dictae quod *fidem* sibi servant nec alterius sonos imitentur ?

FIDICULA. Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. FE19 *Fidicula* : genus tormentorum ; Gloss. Abba (= Abol.) *Fidicula* : genera tormentorum sicut *lamminae* ; Gloss. Cyrill. (= Philox.) *Fidicula* : βασιάνου γένος, *Fidiculae* : θυγες οἱ εἰς τὰς βασιάνους ; Plac. (non ps. -Plac.) quem exscripsi.

FIXULAS. Cf. infra, s. v. *Fivere* (81, 23 pro *figere*).

FISCELLUS. Vix possum quin suppleam : *Fiscella*, a *fiscina* diminutive, vas viminis gracilis factum, est forma ubi casei exprimuntur. Haec sunt in glossis (Ansil. FI 291 ; 293 ; Aff. etc.). Sed utrum eae glossae Abol. sint an Abstr. non liquet. Si gl. Abstr. sunt, ad schol. Geo, 1, 266 redire videntur (ubi Brev. Exp. : *Fiscina* genus *virgae* ubi caseum premitur, diminutive *fiscella*).

CATILLONES. Cf. supra, s. v. (39, 1).

FIBER. subes] subedo, subes, subest. [orae fl.] noli credere ; ficticium est quo via etymologica muniatur. Cf. Varr. L. L. 5, 79 : *Fiber*, ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri, et antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis *fimbriae* et in iecore extremum *fibra* [*fiber*] dictus (-um). Non illud (ni fallor) ficticium februm, sed Graecum etymon praebet *Isidorus Etym.* 19, 24, 20 : Graeci enim terminum ἔρον vocant.

FRATRIA. Cf. ps. -Plac. *Fratria* : fratris uxor.

FRIVOLA. Hincine *Isid. Etym.* 9, 7, 26 : *Frivolus* est velut quassae mentis et fluxae nec stabilis ; proprie autem *frivola* vocantur fictilia vasa inutilia.

FRATER. Cf. Gell. 13, 10, 4 (unde Non. 36,1) : *Fratris* autem vocabulum P. Nigidius, homo inpenso doctus, non minus arguto subtilique ἑρώμῳ interpretatur : « *Frater* », inquit « est dictus quasi fere alter. »

Frontem antiqui masculino genere dixerunt.

Fremitum dictum velut 'ferimentum'.

Fratilli villi sordidi in tapetis.

Fracebunt displicebunt. <Ennius in Thyeste (301) :

sin fracebunt condicioes, repudiato et reddito.>

Forago filum quo textrices diurnum opus distinguunt, a forando dictum.

Frutinal templum Veneris Fruti (-tis ?).

Fringilla avis dicta quod frigore cantet et vigeat ; unde et *frigutire*. <Plautus (Cas. 267) :

quid friguttis ? quid istuc tam cupide cupis ?>

Fratrare puerorum mammae dicuntur cum primum tumescunt, quod velut fratres pares oriuntur ; quod etiam in frumento spica facere dicitur. <.. " *fratrarent* > <.. *Plautus in Frivolaria* (85) :

tunc papillae primum fraterculabant ; illud volui dicere sororiabant.>

Frigere et *frictum* (-ta) a Graeco venit φρύγειν.

Fregellae locus in Urbe in quo civitatis eius hospites habitaverunt.

Festram antiqui dicebant quam nos fenestram.

FRONTEM. Vide supra, ad Corius (53,3 pari modo diverso genere dicebant haec lupus, haec metus, haec amnis, hic frons).

FREMITUM. ferim.] Quid sibi vult ? Spectatne ad nomen fera (cf. Cassiod. in Psalm. 2, 1 : Fremitus proprie ferarum est) ? Estne quasi ferae mentis indicium (cf. Isid. Diff. 1, 226 ; Fremere est furorem mentis usque ad vocis tumultum excitare) ?

FRATILLI. Cave mutes in frac- ; nam ps. -Plac. repperit in scriptore aliquo Fratellis cum interpretatione 'sordium glomusculis' Sed potest Festus scripsisse : <Sunt qui legant fracelli, ab eo quod est fraces, unde Ennius> Fracebunt, etc.

FRACEBUNT. Supplevi ex Non. 110, 17, qui tamen testatur flacebunt. Nam scribit ps. -Plac., ex eodem nimirum versu Ennii, Fracebunt : sordebunt, displicebunt ; dictum a frat[r]ibus qui sunt stillicidia sterquilini. Doctorum in Ennio commentando doctrinam hic et in praecedente lemme habes, quam potest multo plenius exhibuisse Festus quam Paulus. Quin etiam cum Fratilli potest non solum Fraces sed Forago coniunxisse.

FORAGO. Cf. ps. -Plac. Forago : nota in textura significans cuiusque diei opus.

FRUTINAL. Fruti] Frutis Solin. (2, 14 Veneri quae Frutis dicitur).

FRINGILLA. Cf. Varr. L. L. 7, 104 : Multa ab animalium vocibus tralata in homines... Macci in Casina (267) a fringuilla : « quid », etc.

FRIGUTTIRE. Plenius Nonius, qui ab eo versu quem supplevi initium sumit, eius adnotatione marginali usus (7, 8) : Frigere est et Frigutire et Fritinnire sussilire cum sono vel erigi et excitari, quod quaecumque friguntur vel frigent nimio calore vel frigore cum sono sussiliunt ; 308, 6.

FRATRARE. Si hoc, sicut praecedens lemma Plautinum est, recte supplevi ex lemme Sororiare (380, 25). Utram significationem, pectoris an spicae, haberet illud fratrarent quod ps. -Plac. in antiquo scriptore repperit non liquet (Fratrarent : turguerent, pubescerent). Credo tamen Festum etiam hoc exemplum citavisse. Cf. Gloss. Accipe (= Abol ? = Abstr. ?) Fratescunt papillae cum primum extumescunt. Illud fratescunt ne mutes moneat illud increbesco.

FRIGERE. Hinc nimirum. Gloss. Philox. (FR 25 ; 23) Frigit : φρύγει, τηγανίζει, Fricta : τηγανντά. Cf. infra, s. v. Refriva Fata (344, 9 quae refrigatur, id est torreatur).

FESTRAM. Acc. sing. repperit ps. -Plac. (Festram : fenestram). Nec trisyllabi certum indicium est ante tempora Vergilii (cf. Thes. Lat.) Cave igitur credas Plautum et Teren-

Firmum ἀπὸ τοῦ ἔρματος dictum.

Frausus erit fraudem commiserit.

Faleri oppidum a Fale dictum.

Frazare (fla- ?) vigiliam (-ias) circuire.

Florifertum dictum quod eo die spicae feruntur ad sacrarium.

Frugamenta (frumenta ?) a frugibus appellata.

Frendere est frangere, unde et *faba fresa* ; unde et dentibus dicimus frendere.

' Formu-capēs ' *forcipes* dictae quod *forma* capiant, id est ferventia.

Farrago appellatur id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis.

Fetiales a ferendo (foedere) dicti ; apud hos enim belli pacisque faciendae ius est.

Feretrius Iuppiter dictus a ferendo, quod pacem ferre putaretur ; ex cuius templo sumebant sceptrum per quod iurarent et lapidem silicem quo foedus ferirent.

tium trisyllabice scripsisse. De exquisitiore vocabuli significatione disputavit Ant. Gni-pho (ap. Macrob. 3, 12, 8) : Quod est ostium minusculum in sacrario, quo verbo etiam Ennius usus est.

FIRMUM. Reliqua pars est infra, in H capitulo s. v. " Ἐρμα (88, 20 a Graecis ponitur pro firmamento ; unde etiam Mercurii nomen, inventoris firmae orationis dictum ; interdum etiam saburrum significat).

FRAUSUS. Neutralia verba in antiquo sermone eandem coniugationem atque soleo, -litus sum, -lere exhibebant : fraudo (-deo ?) -sus sum, -dere ; taceo, -citus sum, -cere ; maereo, -stus sum, -rere, etc. Sic Plaut. Asin. 286 :

metuo in commune nequam fraudem frausus sit.

FALERII. Fale] Haleso (cf. Serv. Aen. 7, 695 Faliscos Halesus condidit ; hi autem, immutato H in F, Falisci dicti sunt) vel fala (cf. supra, 78, 20, s. v. Falarica) vel Falerio (cf. Solin. 2, 7 Ab Haleso Argivo Faliscam, a Falerio Argivo Falerios) docti.

FRAXARE. Cf. ps.-Plac. Flaxare : vigiliis circumire. Suspicio hoc testimonium prodixisse in etymologia vocis anfractus. Cf. Varr. L. L. 7, 15 : Quod est (Acc. 336 R.) « terrarum anfracta revisam », anfractum est flexum, ab origine duplici dictum, ab ambitu et frangendo ; ab eo leges iubent « in directo pedum VII esse viam, in anfracto XVI », id est in flexu ; Gloss. Abstr. (ex Schol. Aen. 11, 522) Anfractu : reflexu adeunti difficili (cf. Glos saria Latina I praef. p. 6).

FRUGAMENTA. An <Frumenta quasi> 'frugamenta' etc. ?

FRENDERE. Cf. supra, s. v. Defrensam (65, 22). Si Festus citavit aut Pacuvium (11) : fruges frendo sola saxi robore,

aut Accium (478) :

saxo fruges frendas,

vides viam ex lemmate Frugamenta ad Frendere.

FORMU-CAPIES (vox ficticia). Vide supra, s. v. Forcipes (74, 6).

FARRAGO. Dubito supplere ex gl. Ansil. (FA 409 ; FE 232) Farrago : fruges in herbae colore. Potest enim gl. Abstr. esse (non Abol.) et ex scholio Vergil. emanasse (cum FE 229 Farra : veteres farre vivebant, ut Cymbri ; unde et farrago dicta). Sed confirmat aliqua tenuis gl. Abav. (= Philox.) FE 18 Farrago : viridis γράσσις.

FETIALES ferendo] a sequente lemmate sumptum est (ut infra, 84, 14). Cf. Gloss. Ansil. FE 537 Fetiales : qui ante ' foediales ' dicti sunt ; foedus vero a Fetalibus dictum. Varro (L. L. 5, 86) derivat a fide.

FERETRIUS Alia etyma memorat Propert. 4, 10, 46 sqq.

Femur, femoris et *femen*, feminis.

Fenero et *feneror* dici potest.

Fruz, frugis dixerunt antiqui ; *fructam* (?) et fructum.

Ferocit apud Catonem ferociter agit
<.. "ferocibant">.

Fwere item pro *figere*.

Fruniscor et *frunitum* dixit Cato ; nosque cum adhuc dicimus *infrunitum*, certum est antiquos dixisse *frunitum*.

Felices arbores Cato (inc. frag. 27) dixit quae fructum ferunt, *infelices* quae non ferunt.

Falsus et *falsior* cum rationabiliter dici possint, non tamen sunt in consuetudine.

Furum genetivus pluralis a *fure*.

Fucilis falsa ; dicta autem quasi *fucata*.
<.. "fucili fallacia">.

Feriae statae appellabantur quod certo statutoque die observarentur.

Fluoniam Iunonem mulieres colebant quod ea[m] sanguinis fluorem in conceptu retinere (-nebat) [putabant].

Flammeo vestimento Flaminica utebatur, id est *Dialis* uxor et *Iovis* sacerdos, cui telum fulminis eodem erat colore.

FEMUR. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Femur dupliciter effertur, hoc est femur femoris et *femen* feminis ?

FENERO. Potest Placidus (non ps. -Plac.) e Festo hausisse : Faenero et faeneror dicimus ; habetque quattuor participia, ab activo duo, faenerans faeneraturus, a passivo duo, faeneratus faenerandus.

FRUX. Cf. ps. -Plac. Frugem fecisti : pro bene fecisti ; unde quidam frugi <a fruge danda>.

FEROCIT Supplevi ex Gloss. Abol. FE 16 (Ferocibant : in ferociam ibant). In antiquo scriptore (Catone ?) repperit ps. -Plac. particip. praes., Ferocientes : ferociam exercentes. Cf. Gloss. Ansil. (= Abol.) FE 381 Ferocire : furere velociter (ferociter ?).

FIVERE. item] apud Catonem. Cf. supra, s. v. *Fixulas* (80, 1 pro *fibulas*) ; infra (in parte ii O-capituli), s. v. *Offivebant* (claudabant sers).

FRUNISCOR. Cf. Gell. 17, 2, 5-8. Hincine Gloss. Abav. (=Abol.) FR 35 Fruniscitur : fruitur, intercipit ?

FELICES. inf.] Cf. Plin. N. H. 16, 108 : Infelices autem existimantur damnataeque religione, quae neque seruntur umquam neque fructum ferunt.

FALSIOR. Vide Thes. Lat. VI 191, 17. Voxne Catoniana ? An (cum sequente lemmate) ex disputatione de analogia ? Cf. supra, s. v. *Citior* (54, 2 comparativum a cito Plautus, etc.) infra, s. v. *Repulsior* (364, 13 secunda conlatione dixit Cato) ; s. v. *Ratissima* (364, 18 ab his quae rata dicimus... Cato).

FURUM. Cf. Plin. Serm. Dub. VI (ap. Charis. 137, 5) : Murum Cicero (Deor. Nat. 2, 157) pro murium ; quoniam non, ut fures furum et augurum et celerum dicimus, ita quoque murum censere debemus, etc.

FUCILIS. Supplevi ex ps. -Plac. *Fucili fallacia* : a *fucio* dicta. Quae verba Plauto attribuit dubitanter Goetz (Ind. Ienens. 1893-94, p. iv).

FERIAE STATAE. Cf. infra, s. v. *Stata Sacrificia* (466, 22) ; supra, s. v. *Conceptivae Feriae* (55, 1) ; *Denicales Feriae* (61, 23 celebrantur cum hominis mortui causa familia purgabatur ; Graeci enim *νέκρον* mortuum dicunt) ; infra, s. v. *Privatae Feriae* (282, 15 vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denecales).

FLUONIAM IUNONEM. Vide supra ad *Cinxiae Iunonis* (55, 20).

FLAMMEO. Cf. supra, s. v. *Flammeo Amicitur Nubens* (79, 23 omnis boni causa, quod eo assidue utebatur *Flaminica*, id est *flaminis* uxor, cui non licebat facere divortium). Et vide supra ad *Curiales Flamines* (56, 7).

Fulguritus id quod est fulmine ictum, qui locus statim fieri putabatur religiosus quod eum deus sibi dicasse videretur.

Fanatica (?) dicitur arbor fulmine icta.

Fulmen dictum a fluore (?) flammae.

Fulgere prisce pro ferire dicebant, unde fulgus dictum est.

(Isid.) Fulgur et fulmen, ictus caelestis iaculi, a feriendo dicti; fulgere enim ferire est atque percutere.

Funebres tibiae dicuntur cum quibus in funere canitur, quas flamine audire putabatur illicitum.

Flaminus camillus puer dicebatur ingenuus patrimus et matrimus qui flamine Diali ad sacrificia praeministrabat: antiqui enim ministros *camillos* dicebant. Alii dicunt omnes pueros ab antiquis *camillos* appellatos, sicut habetur in antiquo carmine cum pater filio de agri cultura praeciperet, "hiberno pulvere, verno

luto grandia farra, camille, metes".

Flaminia dicebatur sacerdotula quae flaminicae Diali praeministrabat; eaque *patrimus* et *matrimus* erat, id est patrem matremque adhuc vivos habebat.

Ficolea (?) palus ficulneus.

Flaminus lictor est qui flamine Diali sacerorum causa praesto est.

Frequentarium frequentem.

Fornacalia feriae institutae sunt farris torrendi gratia, quod ad fornacem quae in pistrinis erat sacrificium fieri solebat.

Furum bovem, id est nigrum, immolabant Aeterno (?).

Ferentarii levis armaturae pugnatores.

Faustulum porcillum (-ell-?) feturam porcorum.

Familiaris Romanus privatus Romanus.

Fana, quod fando consecrantur.

FULGURITUM. locus] bidental, ubi inscriptum est F(ulmen) S(acrum) C(onditum) (cf. Comment. Lucan. 1, 607). Haec et sequentia coniunge cum Portenta sqq. (284, 4-17); Cyparissiae (56, 8); Renovativum Fulgur (366, 5).

FULMEN. fluore] cf. Apul. Mund. 16 (Stellae.. fluor.. qui.. cometes vocatur): fulvore Bugge: fulgore docti. Cf. Varro L. L. 5, 70: Ab eo quod ignis propter splendorem fulget, fulgor (-ur) et fulmen et fulguritum quod fulmine ictum contrariis dis.

FULGERE. Perfect. ind. reperit ps. -Plac. in antiquo scriptore (quem hic fortasse laudavit Festus) Fulsit: feriit vel percussit; fulgere enim ferire est, unde quoque fulmen dictum est. Isid. (Etym. 13, 9, 1) ex Festo hausisse videtur. Haud scio an et illud fulgus et illud iaculi confirmantur gl. Abol. (Festina ?) FU 57 Fulmen: fulgus vel iacula.

FUNEBRES TIBIAE. Cf. infra, s. v. Nenia (154, 19 carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam).

FLAMINIUS. Cf. Serv. auct. Aen. 11, 543: Romani quoque pueros et puellas nobiles et investes camillos et camillas appellabant flaminicarum et flaminum praeministros.

CAMILLUS. Cf. supra, s. v. (38, 8). Carmine] idem profert Macrob. 5, 20, 18: In libro vetustissimorum carminum, qui ante omnia quae a Latinis scripta sunt compositus videtur, invenitur hoc rusticum vetus canticum; Serv. auct. Geo. 1, 101: Est carmen rusticorum antiquum.

MATRIMES. Cf. infra, s. v. (113, 5 ac patrimus dicuntur quibus matres et patres adhuc vivunt.)

FICOLEA. Nempae eius mentio erat in flaminis Dialis caerimoniis.

FORNACALIA. Cf. supra, s. v. (73, 19 sacra erant cum far in fornaculis torrebant).

FURVUM. Cf. supra, s. v. (74, 11 nigrum vel atrum; hinc dicta furnus Furiae funus fuligo fulgus fumus). Aeterno] Helerno Merkel: Aeterno Mueller. Cf. Otto (Rhein. Mus. 64, 464).

FERENTARII. Cf. supra, s. v. (75, 14).

FANA. Cf. supra, s. v. Fanum (78, 6).

*Fastis diebus iocunda (?) fari licebat ;
nefastis quaedam non licebat fari.*

ulcera circum rostrum quae iumentis
fiunt asperitate frenorum.

*Fenum appellatur naturalis terrae fetus ;
ob quam causam et nummorum fetus
fenus est vocatum, et de ea re leges fene-
bres.*

G

I. EX PAULO DIACONO.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. Philox. FA 109) *Favea* : παιδίσκη.

(Gloss. Abol. FI 23) *Fitilla* : cibi genus ex
farre vel clere, pultes cum larido in sacris
[Gentilium].

? (Gloss. Abol. FL 16) *Flocce* : fortuita.

(Gloss. Philox. FO 27) *Formio* (pho-) :
κρόφινος, παρῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ.
ὥς ὁ Ἡρόδοτος (Op. 482) :
<οἷσεις δ' ἐν φορμῶ>.

(Gloss. Abol. FR 11) *Freniculus* (-os) :

Gerrae crates vimineae. Athenienses cum
Syracusas obsiderent et crebro gerras
poscerent, irridentes Siculi « gerras »
clamitabant. Unde factum est ut gerrae
pro nugis et contemptu dicantur.

Genas Ennius palpebras putat cum dicit
hoc versu (Ann. 532) « pandite sul-
ti<s> genas et corde relinquitte somnum ». Alii eas partes putant genas dici quae sunt sub oculis. Pacuvius genas putat esse qua barba primum oritur hoc versu (362) « nunc primum opacat flore la-
nugo genas ».

FASTIS. Cf. supra, s. v. Fastcrum (78,5). Varro idem etymon ponit (L. L. 6, 29) : Dies fasti, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari; (L. L. 6, 53) : Hinc fasti dies quibus verba certa legitima sine piaculo praetoribus licet fari; ab hoc nefasti, quibus diebus ea fari ius non est et, si fati sunt, piaculum faciunt. Cf. Macrobi. 1, 16, 14, etc. ; Fast. Praen. (Jan. 2) : <Fasti dies appe>llantur quod iis licet fari apud <magistratus populi Romani ea sine quibu>s verbis lege agi non potest. Cf. infra, s. v. Nefasti Dies (162, 25).

FENUM (-nus codd.) Cf. supra, s. v. Fenus (76, 9).

FAVEA. Plaut. Mil. 797 :

Quasique hunc anulum faveae suae dederit, ea porro mihi.

Ex hac glossa Plautina, e Festo sumpta, confictam et temere adiectam credo (Philox. FA 108) Faveus : παῖς.

FLOCCI. vel Floccim fortuito. Obscuram et dubiae formae glossam haud scio an praetermittere debuerim.

FORMIO. Cf. Donat. Phorm. 122 : Phormio.. a formione dictus sparteo quem nos eronem dicimus trivialiter et pro consuetudine.

FRENICULOS. Hinc Isid. Etym. 4, 8, 18 : Frenusculi ulcera circa rictum oris similia his quae fiunt iumentis asperitate frenorum.

GERRAE. Cf. supra (in C- capitulo) s. v. Gerrones et Congerrones (35, 15) Cf. ps. -Plac. Gerras : nugae ineptiasque.

GENAS. Iterum citat Ennii versum (et iterum cum sulti pro sultis) Festus s. v. Sultis (462, 9). Cave tamen cum Lachmanno (ad Lucr. 1, 186) inde colligas Romanos in scriptura deficientem finalis S litterae sonitum sic expressisse. Alium Ennii versum citat Servius Aen. 6, 686 : Genis palpebris, Ennius de dormiente « imprimitque genae genam » (trag. inc. 397). Graecumne etymon ex Festo sumpsit Isidorus (Etym. 11, 1, 43) ; Genae sunt inferiores oculorum partes unde barbae inchoant ; nam Graece γένειον barbae ; hinc et genae quod inde